



CARDANI
1539











DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 324
COLLECTION


SOL
EX LIBRIS
D
Dr. ERNST DARMSTAEDTER

HIERONIMI C. CARDANI MEDICI MEDIOLANENSIS, PRACTICA ARITHMETICE, & Mensurandi singularis. In qua que preter alias cōtinentur, versa pagina demonstrabit.





INDEX EORVM

QVE IN HOC LIBRO PRETER

Reliuos Nouiter Inuenta continentur.

gite incūbunt.

9 Declaratio regule alchindi sex quantitatum res singula ris, & almagesto Ptolomei vtilis ac neccessaria.

10 Inuentio quorundam capitulorum algebre valde vtiliū.

11 Inuētio operationis per duas quātitates surdas multipli catas vel iūctas licet de iūctis aliqd dixerit Frater Lucas

12 Detectio erroris in pensionibus domorum vel fictis.

13 Inuentio modi transmutationis cum tpe magne vtilita tis cū errore Fratris Luce maxima dāna in his acciderēt.

14 Declaratio luculenta cambiorum realiū, minutorū, sicci vel mortui, & ficti a Fratre Luca promissa sed non facta.

15 Modus inueniendi lucrum in cambiis monetarum pro centum cum regula & detectio erroris comunis merca torum & arithmeticorum in hoc.

16 Exemplar fatiendi tabulas meriti ad caput anni.

17 Modus duplex mensurandi agros, & detectio comunis erroris in hoc, q semp accidit cū dāno emptoris, cū sem per minus agri emat quā ab agrimēsoribus decernatur.

18 Modus diuidendi quemlibet agrum siue ad angulum, siue lateraliter, siue per lineam æquidistantem, cum tri bus tantum regulis omni figure qualiscūq3, sit seruienti bus & quod magis mirabile est facillimis.

19 Inuentio omniū laterū 5 figurarum regularium in circu lo, & quinq3 corporū in sphera precisa in quantitatibus surdis, deinde superfirierū eorū & corporū ad numerum redacta, & supfirierum in circulo inscriptibilium a trigo no vsq3 ad figuram 15 laterum per numeros precisos ad amusim, cum maxima facilitate & sine labore.

20 Modus mensurandi quodlibet corpus valde breuis, & facilis, pro architectis.

21 Modus mensurandi quodlibet vas nouiter inuentus, si ne labore precisus, & in ictu oculi, pro cōi vsu necessarius

22 Declaratio ponderum, & mensurarum antiquorum &

modernorum: & iugeris: succincta & facilis in qua nihil desiderabis tamen. 348

23 Declaratio remissionis siue sconti vulgariter ad caput anni: cum errore comuni qui potest accedere ad 2. pro centum, & cause eius.

24 Questiones pulcherrime diuerse & noue, In diuinis, In angelis, in celis, in elementis, in motibus, in mensuris, in mercatura, in proportionibus, & pluribus aliis.

25 Detectio errorum innumerabilium cōmissorum ab au toribus precedentibus: maxime a Fratre Luca: propter ignorantiam theorice arithmetice, & geometrie, in pau cis: in pluribus autem propter paruam consideratione3.

Sequitur Tabula capitulorū miro ordine sibi succedentiū.

¶ Finis Tabule.

L. Annibalis crucæii ad Lectorem.

Multiplices numerorum vsus, discrimina parteis,
Queq; voluminibus mille legenda tenes,
Exiguo, facili, docto, digesta libello.
Hic tibi Cardani sedula cura dabit.
Perlege mox, isti tantum debere libello.
Te dices, quantum mille voluminibus.

HIERONIMVS CARDANVS CASTI lioneus Medicus Mediolanensis Reuereñ. in Christo Patri Don Iohanni Francisco Gadio Mediolanensi, Ordinis Canon. Regulariũ rectori Generali Dignissimo. S. P. D.



Ogitaui sæpe munus aliquid & pro tua dignitate & mea erga te obseruantia proxeniis in saturnalibus mittere, oblata est aũt mihi occasio vt & omnibus hominibus simul prodessem & nomẽ tibi æternũ cõpararẽ, nã mẽsurãdi & numerandi peritia quisq; indiget, nec vlla ars sine contentione maiorẽ vtilitatem amplexa ẽ, bonis perq̃ neccessaria, malis minimo accedens piculo, vnde miror cur tanto tẽpore impfecta iacuerit. hanc igit᷑ operatiuã scientiam ex ipsis orci tenebris resurgẽtẽ nomini tuo dicaui, vt tibi vltra egregias illas virtutes qbus ad religionis apicẽ ascẽdisti, memoria inter mortales perẽnis, mihi gratie sempiterne laboris & industrie habeant᷑. cũ in alienis nihil erroris dissimulauerim. in ppriis inuẽtiõibus nihil volũtati legẽtiũ aut operãtiũ neccessitati, cõmodo ve desiderãdũ reliqrim. Quapropter cũ hec & certitudine nobilissima, & vsu vtilissima, & studio sint Iocũdissima, nec a religiõe aliena, crediderim nullũ aliud opus tã celeriter a me cõsici potuisse q̃ æqualẽ laudẽ meruisset. Inter plurima igit᷑ negotia tantũ otii pbati superfuit, vt opus ædere valuerim, q̃ a nemine iure reprendi posset, cũ aliena damnare meliora nõ pferenti minime liceat, is vero qui meliora proferre potest, aut nullus est, aut talis qui potius ex re ipsa ab aliis laudari quam reliquos vituperare studeat. nõ enim certissima & probata scribenti liuidus obtrectator aderit, nisi qui vel non intelligat, vel ita nobis succenseat. vt potius proprio dolori q̃ verecundie, Indulgendum putet Vale, In kallendis Ianuarii, 1537.

A iiii

2

HIERONIMI CASTILIONEI CARDANI MEDICI MEDIOLANENsis practica Arithmetice Generalis omnium copiosissima & vtilissima feliciter incipit.



Vantã ferat vtilitatem numerorũ & mensurarũ cognitio humanus vsus docet, nã reipublice administrationes, comertia, artes, domus dispensatio, edifitia, agrorũ diuisiones, sine ea perfici minime possunt vnde pictagorici iure merito diuinum quid inesse numeris arbitrabant': q̄ & nos existimare cõuenit cũ Xp̄m omnia prefiguratiõe numerorũ cõpleuisse testamẽti veteris sacramẽta videamus: atq; eodẽ numero q decimus tertius ẽ a natali suo munera a magis, baptismũ a Iohãne suscepit: aquã In vinum trãsmutauit: hicq; Idẽ numerus Xp̄m discũbentem cum discipulis refert. Quãobrẽ si diuina humanaq; numeris gubernari intelligimus, nõ abre fuerit vniuersam hãc doctrinã & dilucide & sub cõpendio collegisse: rogamus autez eos q alias qñq; Impressuri librũ fuerint aut in linguã aliã trãslaturi vt omni studio curẽt, nihil aut adimere, aut adiicere, aut p̄mutare, cũ nihil nõ nisi studiose addiderimus: plurima vero & pene infinita cõsulto p̄terierimus: omnia. n. que vel numeris vel mensura p̄fici possunt hoc libello continentur: verum maxima & iocundissima pene infinita huius libri sensu occultiore latent: quorum interpretatione perpetua discipline auctio succedet.

¶ Caput 1 de subiectis arithmetice.



Vbiectũ arithmetice numerus est integer, p analogiã quattuor subiecta sunt: videlicet numerus integer, vt 3. fractus, vt $\frac{2}{3}$. surdus, vt Radix 7. denominatus, vt cẽsus tres, que omnia explicabo.

1 Numeri integri sunt qui ex vnitatibus cõstãt, & ab vnitate etiã initiũ sumunt, ascẽdunt qdẽ in infinitũ, sed cũ pueniunt ad vnitatẽ, amplius non possunt descendere, nullus.n.est numerus vnitate minor, eius autem figure sunt nouem, & vna priuationis, & sunt.

nihil.	vnitas.	duo.	tria.	quattuor.	quinq;.
0	1	2	3	4	5
sex.	septem.	octo.	nouem.		
6	7	8	9		

2 Fracti numeri sunt q p binas litteras designant̃, & habẽt rõnem ad integra cõuersam: Ita q̃ medietas dicit̃ dimidium vnius, & tertia pars, vnius, & septem quinte intelliguntur vnius: & ita designantur.

Medietas.	Tertia. pars.	Quarta. pars.	Quinta. Pars.
$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{3}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{5}$

1 Surdi numeri vocant̃ q non possunt p se intelligi distincte quid sint, vocant̃ autẽ surdi qa audiri nõ possunt, nõ possunt aũt audiri qa pferri nequeunt: tales sunt Radix quadrata 7. & taliũ, cuius significatũ est numerus q in se ductus pducat 7. talis autẽ nõ põt inueniri: huius aũt q̃ttuor sunt speties, Quidã.n.est numerus surdus absolute, vt Radix 7. & ita describitur ℞.7. Alius est Radix ligata, veluti si dicam Radix 9. plus Radice 16. vult dicere 7. nam 7. cõponit̃ ex 3. & 4. quo℞ alter est Radix 9. & alter 16, & ita debẽt iungi. designat̃ aũt ligata Radix hoc mõ. L℞.7.p̃℞.10. & similiter L℞.9.p̃℞.16. Tertius modus ẽ Radix vniuersalis, & eius intentio est vt capias Radicẽ vltimã, & adiicias precedẽti, & agregati capias Radicem veluti ℞. vniuersalis 7.p̃℞.4. vult dicere capias Radicẽ 4. & est 2. adde ad 7. fit 9. cuius ℞. est 3. designat̃ autẽ ℞. vniuersalis hoc modo ℞.V.7.p̃℞.4. vel sic (℞) 13.p̃℞.9. & est 4. Quartus modus est ℞. distincta, veluti ℞.D.9.p̃℞.4. est 3. & 2. & nõ est tamẽ 5, vt infra patebit,

4 Numerus denominatus est ille qui solũ est numerus p̄ similitudinẽ, veluti Radix, census, cubus, & tales. cõprehẽdit aũt figuras & speties vndecim. Prima ẽ numerus & ita signat̃ nu. Secũda speties ẽ res siue Radix. siue la cosa, & designat̃ sic co. intẽtio igit̃ dicẽtis co. 4. vult dicere 4 radices alicuius numeri. vt pote 4 Radices 36. sunt 24. nã ℞. 36 ẽ 6. Tertia speties vocat̃ cẽsus. ẽ ãt cẽsus qlibet numerus in se multiplicatus, vt cẽsus 3 ẽ 9, & cẽsus 4 ẽ 16. Quarta speties vocat̃ cubus & ẽ cũ census multiplicat̃ in ℞. veluti, cubus 3 est 27. nam 3 in 3 facit 9. & 3 in 9 facit 27. & ita cubus 4 est 64. & 5 ẽ 125. cũ igit̃ designat̃ census scribit̃ hoc mõ ce. sed cubus hoc mõ pingit̃ cu. Quinta speties, est census, census, idest quadratum quadrati nã census & quadratũ sunt idẽ, veluti cẽsus census 3 ẽ 81, nã 3 in se facit 9 & 9 in se facit 81. designat̃ autem hoc modo ce. ce. Sexta speties vocatur relatum primũ, vult dicere illud q̄ p̄ducit̃ ex quadrato alicuius numeri, in aliquẽ cubũ. veluti cubus 2 est 8. quadratus ẽ 4. duc. 4 in 8 fit 32. q̄ est census in cubũ, sic autẽ designat̃ Rel. P. Septima speties vocatur ab antiquis cubus census, vel census cubi, q̄ ẽ idẽ, & ẽ exẽplũ census 2 ẽ 4 eius cubus est 64. vel cubus 2 est 8. cuius quadratum est 64, designat̃ autẽ sic cu. ce. Octaua speties ẽ Relatũ secũdũ, veluti cubus 2 ẽ 8. census census est 16. duc 8 in 16. fit 128. & 128. dicet̃ ãtiquo nomine relatũ secũdũ. de 2. eius figura ẽ Rel. 2 Nona speties ẽ ce. ce. ce. veluti 2 in 2 facit 4. & 4 in 4. facit 16. & 16. in 16. facit 256. q est cẽsus census cẽsus de 2. eius figura est ce. ce. ce. Decima speties est cubus cubi vt cubus 2 est 8. & cubus 8. est 512. cuius figura ẽ cucu. Vndecima est census relati primi. veluti relatũ primũ de 2 est 32. cuius census est 1024. & eius figura est ce. Rel.

Non ignoro alios aliter nominasse. & recepisse terminos, sed hic modus est remotior a cõfusione exẽplũ omniũ.

nu.	co.	ce.	cu.	ce.ce.	Rel.p.	cu.ce.
2	2	4	8	16	32	64

Rel.2.	ce.ce.ce.	cucu.	ce.Rel.
128	256	512.	1024.

Hic autē ꝓcessus denominationum est in infinitū, sicut & numerorum, semper tamen proportionalis, sed rarissime septima attingitur denominatio que est cu.ce. nedum quod transgrediamur vndecimam.

¶ Caput 2 De operationibus.

Operationes aūt sunt septē, numeratio, agregatio, detractio, multiplicatio, ꝓgressio, diuisio, & radicū extractio. Cum autem numerorum subiecta simplicia sint quattuor, permiscentur inuicem & fiunt plura, veluti numerus integer copulatur cum facto, vel cum surdo, vel cum denominato, & fiunt mixtiones 11. vt hic.

1 Nu. Fractus
2 Nu. Surdus
3 Nu. Denominatus
4 Fractus & surdus
5 Fractus & denom
6 Surdus & denom
7 Nu. Frac. sur.
8 Nu. Frac. denom.
9 Nu. Surdus denom.
10 Fractus sur. & denom.
11 Nu. Fract⁹ surd⁹ & denom.

De compositis autem intelliges per vnum capitulum tantum, de simplicibus autē cū sint quattuor & in singulis fiant 7 operationes, merito igit̃ negotium hoc absoluetur 28. capitulis simplicibus, & 38 postmodum aliis.

¶ Caput 3 De numeratione integrorum.

Numeratio ē ꝓcessus secūdū additionē vnitatis & ei nō ē terminus, & exemplū ē vt. 1. 2. 3. 4. 5. 6. fit & numeratio cōuersa vnitatē versus veluti 50. 49. 48. 47. & ita terminat̃ ad vnitatē, nā infra vnitatē descēdere nō licet. veluti igit̃ numeratio fit augēdo & decrescēdo ꝓportionaliter. ita & oportet cōsiderare in numeratione terminū ad denariū, nā cū numerus excedit denariū, reuertitur ad idem

ठ

veluti 1.2.3.4.post denarium fiunt.11.12.13.14.Et ita post 20.fit 21.22.23.& 24.est ergo numerus simplex, deinde denarius,& centenarius,& millenarius,& sicut sunt 10. vnitates In denario: Ita sunt 10.denarii in centenario:& decem centenarii In millenario:& 10.millenarii In miriade:nam miriadem græci decem millia appellabant: vnde 7.miriades erant millia septuaginta.

Et ideo antiqui denariũ vocabãt cõtinẽtẽ & valentẽ 10. asses qui nunc solidi appellant᷑.Centũ igit᷑ denarii valebãt 10.aureos nostri tẽporis:ex quo tñ apparet nõ denarios sed argentes fuisse qdem illos quibus dominus yesus venditus est,nam triginta denarii fuissent solum tres coronati quibus non potuisset emi ager figuli in sepulturam peregrinorum:sed de hoc alias.

Cũ aũt transit millenariũ reuertit᷑ ad mixtionẽ cũ aliis, vt pote ad denarios milliũ,& cẽtenaria milliũ, & milliaria milliũ,q̃ vulgo milliones appellant᷑, & post iterũ ad denarios millionũ,ac centenaria reuertit᷑,& sic ĩ ĩfinitũ.

Prima littera a parte dextra significat numerũ secundũ suã figurã:Secũda vero ꝓcedẽdo versus sinistrã decanos Tertia vero cẽtenos:Quarta millia:Quinta miriades,siue totidẽ decena millia:Sexta centena millia:Septima millia milliũ:siue milliones:Octaua decanos millionũ, siue millia miriadum,Nona centena millionum:Decima millia millionum.Vndecima littera versus sinistram significat miriades millionum.Duodecima centena millia millionum,Decimatertia milliones millionum.Decimaquarta decanos millionũ,millionuꝫ.& ita res semper reuertitur ad idem,sine terminatione.

Et causa quare procedit᷑ a dextra ad sinistram fuit quoniam littere ille fuerunt iuuente a fenicibus,quorũ mos scribẽdi est cõuersus nostro videlicet a dextra ad sinistrã sicut est motus celi naturalis:mos autem noster est a sini

ſtra in dextrã:ſed in numeris obſeruamus morẽ ſenicũ.

¶ Exemplum autem eſt hoc.

M $\frac{m}{M}$.	d $\frac{m}{M}$.	c $\frac{m}{M}$.	$\frac{o}{M}$.	c M.	mirias.	M.	c.	d.	$\frac{s}{n}$.
6	9	4	3	9	5	4	8	5	7.

Sexmillia nongenta quadraginta tria millionũ, nõgẽta qnquaginta q̃ttuor millia, ottingẽta qnquaginta ſeptẽ. Solet autem ſuper numeros quando plures ſunt apponi punctus ſuper Quarta. figuram, & ſuper Septimam. & Decimam, & ita dimittendo figuras duas Exemplum.

7. 9. $\dot{3}$. 6. 5. $\dot{2}$. 8. 4. $\dot{7}$. 3. 9. $\dot{2}$. 6. 4. $\dot{5}$. 8. 4. $\dot{3}$.

Vbi punctus eſt ſignatus ibi numerus, deinde ſunt in $\overset{o}{2}$. millia, in $\overset{o}{3}$. milliones, & ſic deinceps. $\overset{a}{2}$ autẽ littera a puncto cõtinet ſemp decanos, & tertia cẽtenos numerorũ, aut milliariorũ, aut denominationis, ſub puncto ſignate. Eſt & alius numerãdi modus ab antiqs ĩ vſuȝ habitus, & ẽ ꝙ. M. ſignificat millia. c. centenaria. d. qngẽta. L. quinquaginta. x. decem. V. quinqȝ. i. vnitates, deſcribebant igit̃ mille ſeptingenta quadraginta nouem. ſic. MDccil. Mille trecenta octuaginta ſeptem ſic. Mccclxxxvii.

¶ De fractorum numeratione caput 4.

NOta ꝙ ĩ fractis numer⁹ ſupior vocat̃ numerator, & inferior denominator, fit aũt numeratio augẽdo numeratorẽ p vnitates, derelinquẽdo denominatorẽ ĩ ſuo eẽ, veluti. $\frac{1}{7}$ $\frac{2}{7}$ $\frac{3}{7}$ $\frac{4}{7}$ $\frac{5}{7}$. & ita in hac fit auctio ſemp, alia fit de creſcẽdo veluti. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{5}$ $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{7}$ $\frac{1}{8}$ $\frac{1}{9}$. & hec deſcreſcit ſemper. Et nota ꝙ qñ fit diuiſio ſemp diuiſor ponit̃ inferius, & diuidendus ſupra. Vnde nihil aliud eſt dicere $\frac{3}{5}$ quam. 3. diuiſum per. 5. Et $\frac{4}{7}$ q̃ 4 diuiſum per 7. Et $\frac{7}{4}$ q̃ 7. diuiſum p 4. & exit. 1. & $\frac{3}{4}$. põt etiã talis numeratio ad vnitatẽ comparari, & eſt tũc ſenſus $\frac{3}{7}$ Videlicet diuiſa vnitate p 7, &

assumptis tribus ex illis partibus.

Et similiter $\frac{7}{5}$ vult dicere, diuidẽdo vnũ, p quinq3, & de talibus partibus septẽ assumere. Et ita nota ꝙ cũ denominator equatur numeratori semper ille fractiones equantur vnitati Exemplum $\frac{2}{2}$ $\frac{3}{3}$ $\frac{4}{4}$

De fractionibus autem surdorum & denominatorum dicetur in capitulis diuisionum.

¶ De numeratione surdorum caput 5.

1 NVmerant' surdi qa oĩs numer⁹ surdus. saltẽ cõponit' ex duabus litteris, vt. ℞.7. nihil aliud significat q̃ numerũ q in se ductus fatiat 7. sicut ℞.9 est 3, qa 3. ductus in se facit 9, & ℞.4 est 2 qa duo in duo fatiũt quattuor Cũ igit' volueris numerare surdũ augebis litterã que est a dextra p vnitatẽ, dimittẽdo reliquas & hoc ĩ surdis simplicibus. & radicibus ligatis, & vniuersalibus. & distinctis vt ℞.2. ℞.3. ℞.4. ℞.5. & ita deinceps. Item L℞.3. p̃℞.7. & L℞.3. p̃ ℞.8. & L℞.3. p̃℞.9. & ita deinceps, Item ℞V.7.p̃℞.2.℞V.7.p̃℞.3.& ℞V.7.p̃℞.4.& est ℞.9. videlicet 3. Item ℞.D.3.p̃℞.5.℞.D.4.p̃℞.5.℞.D.5.p̃℞.5.& ita deinceps. sunt etiam quidã surdi mixti vt 7.p̃℞.5.& in his similiter procedes videlicet 7.p̃℞.5.7.p̃℞.6.7.p̃℞.7.7.p̃℞.8.7.p̃℞.9.& totum est 10.

2 Omnis aũt numerus cõpositus ex duob⁹ numeris quorũ alter saltẽ sit surdus vocat' binomiũ cõmuniter & large, quasi cõpositũ ex duobus nominibus. Cum autẽ dicimus in compositis siue binomiis. siue trinomiis. 7 p̃.4 vult dicere 7 additum ad 4.& est 11.& 5 p̃.4 est 9. 12 p̃.℞.9 m̃.℞.16. vult dicere addere radice3 9. que est 3. ad 12 & sunt. 15.& ab eisdem minuere radicẽ 16. que est 4. fit 11. & ita ℞.36 p̃.7.m̃.℞.15. vult dicere 13.m̃.℞.15.& ẽ quasi 9.& ℞.L.7 p̃.℞.10. vult dicere quod radices 10.& 7. simul agregantur & ita ℞.L.9.p̃.℞.16. est 7.& ℞.L.25.p̃.64. est.13.

3 Ex hoc sequunt̃ duo primum ꝙ in radicibus ligatis non reffert mutare locũ in terminis, vnde tãtũ est dicere. 7. p̃ ℞.5. q̃tũ ℞.5. p̃.7. & ℞ L.7 p̃.10. q̃tum L ℞.10. p̃.7. Secũdũ ꝙ in radice ligata si vnus numerus nõ est quadratus neccessario talis Radix est surda. etiam ꝙ omnes alii essent quadrati, veluti dico L ℞.7. p̃. ℞.9. p̃. ℞.16. totum neccessario est numerus surdus.

4 Ex hoc patet ꝙ in radicibus vniuersalibus nõ ẽ ita, vnde multũ reffert in his permutare terminos. secũdo põt aliqua Radix vniuersalis esse numerus simplex dato ꝙ cõponeret̃ ex numeris nõ quadratis. veluti dicendo ℞ V.7. p̃ ℞.81. vult dicere sũme Radicẽ 81. & adde ad 7. & fit totũ 16. cuius ℞. ẽ 4. & tñ 7. nullã h3 radicẽ. ꝙ ãt pmutatiõe diferãt ex h exẽplo collige nã ℞ V.4. p̃. ℞.25. ẽ ℞.9. v3 3. s3 ℞ V.25. p̃ ℞ 4. ẽ ℞.27. q̃ ẽ surda & mlto maior q̃ 3.

5 In ℞. autem distincta est alia significatio vt pote ℞. D. 9 p̃. ℞.4. vult dicere 3. & 2. separata. differunt autẽ a radice ligata qm̃ ℞ L.9 p̃ ℞.4. est 3 & 2. iuncta simul idest 5. differt aũt 5 a 3 & 2 eo ꝙ cũ multiplicant̃ 3 & 2 distincta in se pducunt 9 & 4. que sunt 13. & 5 in se facit 25. & ideo ℞. D.4. p̃. ℞.9. in se ducta facit 4 p̃.9. quod est 13. & ℞. L. 5. p̃. ℞.9 in se facit 13. p̃. ℞.144. hoc est 25. patet igitur differentia.

6 Et nota ꝙ qdã intelligunt p hoc ℞. V.7 p̃.4 radicẽ 9. credũt. n. ꝙ ℞. primo posita seruiat etiam secũdo numero qui est 4. & non est sic, & qui ponunt male ponũt. nõ enim intelligitur ℞. nisi ponatur.

7 Cũ autẽ ponunt̃ plures numeri & ℞. cũ vna ligatura, tunc ligatura satisfacit omnibus. veluti ℞ L.9. p̃. ℞.4. p̃. 5 p̃. ℞.22, est accipienda ℞.9. que est 3. & addatur ei ℞. 4, que est 2, fit 5, cui addantur 5, qui sunt numeri fiunt 10, cui addatur ℞.22. fiet totum quod significatur per Radicem illam 10 p̃. ℞.22.

8 Cũ autẽ ponit᷑ vna ℞.V.tantũ,illa satisfacit omnibus.
Exemplũ ℞.V.10.p̃℞.16.p̃.3.p̃℞.64.vult dicere vt capias ℞adicẽ 64.& est 8.& ℞.16.& est 4.& 3.numerum, & totum fit 15.& adde ad 10.fit 25.cuius ℞.est 5.igit᷑ ℞.V. 10.p̃℞.64.p̃℞.16.p̃.3.est tantum 5.quia V.non facit nisi vnam ℞.vniuersalem.

9 Quod si velles insinuare ℞.V.cõplicatã veluti dicere ℞.V.13.p̃.℞.V.5.p̃.℞.V.14.p̃.℞.4.vult dicere q̄ ibi sunt 3. vniuersalitates:incipe igit᷑ ab vltima & est ℞.V.14.p̃.℞.4.cuius sensus est ℞.4.que est 2.addita ad 14.facit 16.cuius ℞.est 4.deinde adde 4.ad 5.fit 9.cuius ℞.est 3.deinde pro prima radice adde 3.ad 13.fit 16.cuius ℞.est 4.igitur tota illa ℞.V.triplicata est 4. & ita distinguas quotquot fuerint.

10 Cũ autẽ dicit᷑ ℞.V.5.p̃℞.V.3.p̃℞.L.49.p̃℞.16.p̃℞.4. Tũc capias oẽs ℞.ligatas & sunt 7.4.2.adiũge ad 3.fiunt 16.cuius ℞.est 4.adde prime ℞.V.fit 9.cuius ℞.ẽ 3. & illa fuit ℞.agregati illius ℞.mixte, videlicet 3. cũ igit᷑ dico ℞.V.ligat tantũ primã notã cũ omnibus aliis sequetibus,& alie remanẽt tanq̃ ligate.vnde cũ dico ℞.V.7. p̃.℞.16.p̃.℞.9.p̃.℞.4.sunt accipiende omnes ℞.post.V. preter primam, & iungende cum 7.& totius agregati q̄ ẽ 16.accipe ℞.que ẽ 4.& tãtũ valet ℞.illa vniuersalis.

11 ℞.autem distincta non debet permisceri, & raro admiscetur aliis,si tamen contingat singulis locis addẽda est nota variationis,aliter.D.distinguit omnes terminos sicut L.ligat.veluti ℞.D.9.p̃℞.4.p̃.5.non est aliud nisi 3. p̃.2.p̃.5.seorsum:vt dictum est.

12 Cũ vero iungit᷑ L.cum.V.vt hic ℞.L.V.10.p̃℞.36.p̃℞.V.70.p̃℞.121.sensus est accipe ℞.121.& est 11.adde ad 70.fit 81.accipe ℞.81.& est 9.deinde similiter accipe ℞.V.primam que est 4.& eam iunge cum 9.fit 13.

Et ex hoc ne terrearis ob difficultatem nam p̄ posterio-
ra magis

ra magis intelliges ꝑcedentia, & maxima difficultas que accidit in ſurdis eſt ob numerationem, & ideo ea optime intellecta relique operationes, nullam habent difficultatem, exerceas igitur Te in ea.

¶ De numeratione denominationũ caput ~~Decimũ~~ ſextũ.

OMnis denominatio numerat᷑ numeris ſimplicibus nõ variata denominatione exemplum vt 1 co. 2 co. 3 co. 4 co. & 1 ce. 2 ce. 3 ce. 4 ce. & ita de aliis.

¶ De additione integrorũ & dicitur ſumma caput 7.

1 CVm vollueris addere numeros integros inuicem, diſpone eos incipiẽdo a dextra verſus ſiniſtrã, vnũ ſub alio, ita vt ſi deffitiãt deffectus ſit a parte ſiniſtra: deinde agrega incipiẽdo a dextra omnes litteras exiſtentes in directo, & quod ſuperat ex numeris ſcribe: & retine ſi ſupſint denarii, & agrega numerum illorum, cũ litteris diſpoſitis Secũdo loco, & ꝙ ſupereſt ex numeris ſcribe: decanos aũt transfer ad Tertiã litterã tanq̃ numeros ſimplices, & ita fatias vt in exemplo res facilis eſt & vulgata & niſi eſſet ꝙ volumus totam artem amplecti talem operationem dimiſſiſemus.

	7	3	9	4	2
		4	0	6	8
			2	7	3
	5	2	7	5	9
1	3	1	0	4	2

2 In agregando aũt libras, ſolidos, & denarios, oportet ſcire ꝙ libra cõtinet ſolidos 20. ſolidus autẽ noſter denarios 12. alibi aũt plures, alibi pauciores, In ſumma igit᷑ denariorũ quotquot duodenarii ſuperfuerint, numero ſolidorũ ſunt adiiciẽdi: vbi aũt ſolidus valet 18. nũmos obſeruabis quotiens 18. ſupereſt, totidem ſolidos adiicies in numero ſolidorum: ſimiliter fiet in computandis ſolidis, quotiens Vigenarii exceſſerint ſolidorum, totidẽ libras adiicies libris

	lib.	7974	ß 13	đ	7
	lib.	879	ß 12	đ	6
	lib.	9400	ß 5	đ	7
	lib.	794	ß 8	đ	9
ſũma	lib.	19049	ß 0	8	5

quas habes. Exemplum cape pro aliis.

3 Probatio agregationis est triplex primus modus est per 7. & per 9. vt in exemplo.

per. 9.			per. 7.		
	7965428	5		7965428	2
	675392	5		675392	4
	4735630	1		4735630	4
	7439	5		7439	5
	13383889	7		13383889	1

Secundus modus est agregare ecõuerso vt pote si agregasti ascendendo agrega postmodum descendendo, & hoc vtuntur sæpe artifices & mercatores: exemplo non indiges quia res palam est ex exemplis superioribus nam fit cum eisdem litteris non permutatis.

Tertius modus est quod subtractio est agregationis probatio nam si 17. & 29. fatiunt 46. igitur detractis. 29. a 46. fient 17. exemplum est vt hic.

	Agregatio	Subtractio
EX h̄ liquet ꝙ cũ agregatio possit fieri īter quoslibꝫ numeros: & detractio solum inter duos:	7954328	8750001
	795673	7954328
	8750001	795673

quod raro subtractio erit probatio agregatiōis: sed bene agregatio subtractionis erit semper probatio.

¶ Exemplum aliud Tertii modi.

lib.	7964 ß 13 d 5	lib.	8860 ß 4 d 11
lib.	895 ß 11 d 6	lib.	895 ß 11 d 6
lib.	8860 ß 4 d 11	lib.	7964 ß 13 d 5
	Agregatio.		Subtractio.

De agregatione fractorum caput 8.



U scis ꝙ numerus superior vocat᷑ numerator, & inferior denominator, multiplica igit᷑ denominatores inuicem, & ꝙ fit pone ꝓ denominatore, deinde multiplica denominatorē vnius, ꝑ numeratorē alterius, & hoc vicissim, & Totū agrega ꝓ numeratore. Exemplū volo agregare $\frac{3}{4}$. & $\frac{5}{7}$. duco 4. in 7. & fatio 28. ꝓ denominatore deinde duco 3. in 7. & fit 21. & similiter 5. in 4. & fit 20. & totū ē 41. ꝓ numeratore Videlicet $\frac{41}{28}$: & est 1 $\frac{13}{28}$. ꝙ si sint plures agregabis binatim eodē mō donec compleas. Exemplū volo agregare $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$ $\frac{4}{5}$ $\frac{5}{6}$ agrego ꝑ modū dictū Prima duo & fatiūt $\frac{17}{12}$. & reliq̄ duo & fatiūt $\frac{49}{30}$. deinde agrego $\frac{17}{12}$ & $\frac{49}{30}$ & fiūt $\frac{1098}{360}$. & sūt integri tres & $\frac{1}{20}$ & hoc est facile.

$\frac{3}{4} \times \frac{5}{7}$ $\frac{41}{28}$

De agregatione surdorum caput 9.



1 Alis agregatio fit ꝑ hoc verbū plus vt volo agregare ℞.7. cū ℞.10. fatio ℞.7.p̄.℞.10. & ita ligantur & agregantur radices vniuersales, & ligate, & omnes numeri surdi.

2 Alius modus ē talis, agrega numeros & etiā duc vnū in alterū, & quadrupla, & radicē illius adde dicto agregato, & ℞. totius ē ꝙ queris. Exēplū volo adiūgere radicē 16. cū radice 25. adiungo simul fiūt 41. duco 25. in 16. fit 400. quadruplo fit 1600. ℞. est 40. addo ad 41. fit 81. cuius ℞. est 9. agregatū ex radice 25. & radice 16. sic dico ꝙ ℞.7 cū ℞.3. facit ꝑ Primū modū radicē 7.p̄.℞.3. vel ꝑ secundum modum ℞.V.10.p̄.℞.84. & est fere ℞.19.

3 Cū volueris addere ℞. cubicā, alteri cubice, diuide maiorē cubū, ꝑ minorē, & exeūtis accipe ℞. cubicā, cui adde 1. & totū multiplica in ℞. cubā minoris, & ꝓuentus erit agregatū ℞. cubarū vtriusq;. Exēplū volo iungere ℞. cu

bā 8.cū ℞.cuba 27.diuido 27.per 8.exit 3 $\frac{3}{8}$.cuius ℞.cu-
bica est 1.$\frac{1}{2}$.addo 1.fit 2.$\frac{1}{2}$,duco 2.$\frac{1}{2}$.in 2.℞.cubā de 8.fit
5.agregatū.similiter volo iūgere ℞.cubā 3.cum ℞.cuba
24.diuido 24.p 3.exit 8.capio ℞.cubā que ē 2.addo 1.fit
3.duco in ℞.cubā de 3.fit ℞.cuba 81.agregatū.& hec re-
gula tenet in ℞.quadrata etiā & ℞.℞.Exēplū volo ad-
iungere ℞.℞.96.& ℞.℞.6.diuido 96.per 6. exit 16.capio
℞.℞.16.fit 2.addo 1.fit 3.duco in ℞.℞.6.fit ℞.℞.486.&
tantum fatiūt ℞.℞.96.℞.℞.6.simul iuncte.

4 Quod si velis adiungere ℞.cubā cū quadrata,cuba qua
dratū,& quadra cubū,deinde diuide maiorē p minorē.
& exeūtis accipe ℞.quadratā ℞.cubice,cui adde.1.& to
tū multiplica p ℞.quadratā ℞.cubice minoris. & produ
ctū erit agregatū ex ℞.quadrata vnius & cuba alterius,
Exēplū volo iungere ℞.quadratā 16.cū ℞.cuba 8. igitur
cuba 16.q̄ ē quadratū fit 4096.deinde quadra 8.qui fuit
cubus fit 64.deinde diuide 4096.p 64.exit 64.cuius ℞.qua
drata ℞.cubice,est 2.cui adde 1.fit 3.quē multiplicabis in
2.℞.quadratam ℞.cubice 64.hoc mō:cuba 3. fit 27.qua
dra 27.fit 729.similiter cuba 2.fit 8.quadra 8.fit 64. mul
tiplica 729.p 64.fit 46656. cuius ℞.q̄drata ℞.cubice
erit agregatū,nam ℞.cubica 46656.est 36.cuius ℞.quadra
ta ē 6.vel ecōuerso ℞.quadrata 46656.est 216. cuius ℞.cu
ba est 6.& reddit ad idem & hoc modo iūgunt̄ radices.

De agregatione.denominationū caput.10.

1 It hec similiter tribus modis sicut in surdis,vel
p plus,vel p agregationē cū multiplicatione,
vel per diuisionē,nā cū agrego 1co.cum 7. fit
Primo mō 1.co.p̄.7.alio autē mō vt in surdis
agrego 1.co.cū 7.fit 1.co.p̄.7.deinde multiplico.1.co.in
7.fit 7.co.quadruplo 7.co.fit 28.co.igit̄ ℞.V.1.co.p̄.7.
p̄.℞.28.co.est agregatum,& similiter agregare 4.co.cū

3.ce.facit Primo modo 4.co.p̃.3.ce.Et Secundo modo ℞.V.4.co.p̃.3.ce.p̃.℞.48.cu:& ita de aliis. Pro Tertio modo fac tibi exemplum.

2 Cum vero adduntur plus & minus fit hoc quattuor vt vides modis infra descriptis.

p̃.cũ p̃.additur & fit p̃.
p̃.cum m̃.minuitur & fit illud ꝙ superat.
m̃.cum m̃.additur & fit m̃.
m̃.cum p̃.minuitur & fit illud ꝙ superat.

Exẽplũ volo addere 5.ce.p̃.7.co.m̃.4.cu:p̃.8.cũ 6.ce.p̃.10.co.p̃.8.cu:m̃.10. Fit vt vides:nã addo Primo 5.ce.& 6.ce.fiunt 11.ce.& post addo 7.co.& 10.co.fiunt 17.co.p̃.quia ambe erãt p̃,de inde detrao cu:4.q sunt m̃.ex cu:8.q sunt p̃.remanẽt cu:4.p̃.deinde detrao 8.ex 10.remanent 2.m̃.quia 10.fuerat m̃.& ita hoc exemplum satisfacit omnibus modis.

5.ce.p̃.7.co.m̃.4.cu:p̃.8.
6.ce.p̃.10.co.p̃.8.cu:m̃.10.
11.ce.p̃.17.co.p̃.4.cu:m̃.2.

De subtractione integrorum caput II.

1 Iffert subtractio ab aggregatiõe in tribus:Primo qa subtractio ẽ cõtraria aggregationi,minuit.n.& illa addit quãtitates:Secũdo qa aggregatio fit inter quotlibet numeros, subtractio solũ inter duos:Tertio qa aggregatio fit minoris cũ maiore,& maioris cũ minore,detractio autẽ non fit nisi minoris a maiore:nam maiorem numerum, a minore, detraere omnino est impossibile.

Fit aut detractio h̃ mõ supponẽdo litteras lr̃is in directo, a dextra versus sinistrã ꝑcedẽdo:veluti hic dicas igit̃ 9.de 13.remanẽt 4.& qa ad faciendũ 13.addidisti 10.nã aliter nõ potuisses detraere 9,illud 10.ꝑ vnitate adde ad se

7948723
486579
7462144

cũdã litterã videlicet 7.&c fiet 8.&c ẽ tm̃ quãtũ si detraxisses vnitatẽ a 2.q̃ ẽ littera supior: dicas ergo 8.de 12.remanent 4.&c transfer vnitatẽ ad locũ sequentẽ,&c fit 6.&c ipsum deme de 7.&c remanẽt 1.deinde detrae 6.ab 8.remanẽt 2.deinde detrae 8.a 4.non potes: adde 10.fit 14.&c detracto 8.fiunt 6.&c trãsfer vnitatẽ &c fiet 5.littera sequẽs, q̃ erat 4.que dempta a 9.fit 4.deinde quia nulla est alia littera in detractore,repones 7.&c fiet numerus inferior arestum: vt vulgariter nominant.

2 Probatio fit tripliciter sicut in agregatione p 7.&c p 9.vt in hoc exẽplo ẽ autez differentia ab aggre-

	79543	1		79543	2
p.9.	6825	3	p.7.	6825	0
	72718	7		72718	2

gatione qa in illa superiores iuncti,debent æquari inferiori,hic aũt inferiores iuncti,debẽt æquari superiori,quare &ce.Secũdus modus est vt detractio sit ꝓbatio detractionis &c est qa detraxisti 6825.ex 79543:&c sup fuit 72718:igit̃ si detraxeris 72718.ex 79543.remanebit 6825.nã si demptis 7.a 10.remanet 3.igit̃ demptis 3.a 10.remanebũt 7.Exẽplũ habes in superioribus.Tertius modus ꝓbãdi ẽ aggregatio nã cũ rite detraxeris semper ex duobus inferioribus iũctis fiet superior vt hic: cõgregani duos inferiores,&c facti sunt numerus: a quo facta erat detractio.

74328
5929
68399
74328

3 Cũ vero libras,Solidos,&c Denarios, volueris detraere, dispõe vt in Exẽplo.Tũc adde solidũ.7.Denariis,&c fiẽt denarii 19.a qbus demptis 9.fiũt Denarii 10.&c qa addidisti Denarios 12.superius, igit̃ adde solidũ inferioribus,&c fiẽt solidi 18.quos

lib. 7964	ß 13	đ 7	
lib. 7682	ß 17	đ 9	
lib. 281	ß 15	đ 10	

nõ potes detrahere a 13.adde Librã,que valet solidos 20,

fient ſolidi 33.a q̃bus dẽptis 18.remanẽt ſolidi 15.& quia addiſti ſolidos 20.ſuperioribus q̃ ſunt libra addes libraʒ vnã inferioribus & fiẽt libre 763.que detracte p̃ ſuperiora ſatiũt reſiduũ libras 281.ſolidos 15.denarios 10.p̃batio fit p̃ duos vltimos modos,nã primus modus ſoluʒ tenet in numeris ſimplicibus,quomodo autem fiat probatio per 7.& per 9.exponam in capitulo de multiplicatione ſimplicium numerorum.

4 Si quis autẽ dicat valeat ſcutũ libras 5.ſolidos 5. denarios 3.& fatias hãc detractionẽ q̃a natura Scuti,continet libras,ſolidos, & denarios,q̃ ſunt diuerſarũ naturarũ, tũc cõſidera ſi libre inferiores ſint pauciores ſuperioribus,fac detractionẽ vt ſupra,nõ.n.habet difficultatẽ:ſi vero libre detractoris videlicet inferioris ſint plus,tũc reſolue vnũ ſcutũ in libras & deme a ſuperioribus,& adde libras libris:ſolidos ſolidis:nũmos nũmis:poſt modũ p̃fice detractionẽ,Exemplũ erãt Scuti 97. libre 2. ſolidi 13. denarii 6. abſtuli ſcutũ q̃ valet libras 5.ſolidos 5.denarios 3.& addidi omnia ſuis locis : & facti ſunt Scuti 96.libre 7. ſolidi 18.denarii 9.a q̃bus detractis ſcutis 28.libris 3. ſolidis 11. denariis 3.remanẽt ſcuti 68.libre 4.ſolidi 7.denariis 6. vt vides animaduerte q̃ in hoc caſu accidit q̃ñq; vt ſup ſint ſolidi pluſq̃ 20.aut nũmi,pluſquã 12.pones igitur detractis ſolidis 20.libram,& detractis nũmis 12.ſolidum.

Scuti	97	lib.	2	ß	13	đ	6
Scuti	28	lib.	3	ß	11	đ	3

Scuti valor		lib.	5	ß	5	đ	3
Scuti	96	lib.	7	ß	18	đ	9
Scuti	28	lib.	3	ß	11	đ	3
Scuti	68	lib.	4	ß	7	đ	6

5 Animaduerte q̃ in aggregationibus taliũ etiã opportet animaduertere nã cum libre exuperauerint valorẽ ſcuti tũc reponet̃ coronatus loco hoc mõ valeat ſcutus vt ſupra libras 5,ſolidos 5,denarios 3, ſint he due quãtitates

Scuti 754 Libre 4 Solidi 13 d 6
Scuti 458 Libre 2 Solidi 19 d 11. Primo eas simul.

Scuti	754	lib. 4	ß 13	d 6
Scuti	458	lib. 2	ß 19	d 11
Scuti	1212	lib. 6	ß 32	d 17
Scuti Valor.		lib. 5	ß 5	d 3
Scuti	1212	lib. 1	ß 27	d 14
Scuti	1213	lib. 1	ß 27	d 14
Scuti	1213	lib. 2	ß 8	d 2

Iūges p doctrinā Septimi capi & fiēt scuti 1212. lib. 6. solidi. 32. denarii 17. post modū qa libre 6. solidi 32. denarii 17. excēdūt valorē scuti suppone ipsum & residua: & remanēt scuti 1212 libra 1. solidi 27. denarii 14. post modū addes scutū vnum numero aureorū: p libris solidis & denariis quos abstulisti: & fiēt scuti 1213. libra 1. soldi 27. denarii 14. demū qa supersunt solidi, plusquā 20. & denarii plusq̄ 12. reduces denarios 12. ad solidū: & solidos 20. ad librā: & fiēt Scuti 1213. libre 2. solidi 8. denarii 2. vt in exemplo vides.

Fuisse me in hac tā vulgata re longiusculū pudet, cū tñ maior verecundia sit in minimis falli: ea propter dilligētius ista pertractauimus: nam reliqua que sunt difficiliora etiam ab instructis legentur: facilius autem ardua peritus, q̄ vulgata imperitus intelligit.

De subtractione fractorum caput Decimūsecūdū.

DVces denominatorem In denominatorem & quod fit est denominator residui, deinde duces numeratores vnius In denominatores alterius, & duorum multiplicatorum residuabis minorem numerum de maiore: & quod remanet est numerator. Exemplum volo $\frac{2}{3}$. de $\frac{3}{4}$ detrahere, duc 3. in 4. fit 12. pro denominatore: deinde duco 2. in 4. fit 8. & 3. in 3. fit 9. demo 8. a 9. remanet 1. pro numeratore remanet igitur $\frac{1}{12}$ ex tali detractione. $\frac{2}{3} \times \frac{3}{4}\ \frac{1}{12}$

De subtractione surdorum caput 13.

1 Fit tribus modis Primo per minus hoc mō volo detra
here ℞.3.ex Radice 7.dico ℞.7.m̄.℞.3.& ita de aliis.
2 Alius modus ē talis aggrego simul:& etiā multiplico:&
multiplicatū quadruplo:& huius sūmo radicē q̄ detrao
ab aggregato Primo que si non pōt detrai, detractio est
impossibilis:facta detractione ℞. residui, est quesitū.ve
luti volo detraere Radicē 16. ex ℞.25.iungo 25.cū 16.
fit 41.duco 16.in 25.fit 400.quadruplo 400.fit 1600.
℞.1600.est 40.demo a 41.remanet 1.cuius ℞.ē 1.&
tantum residuatur,dempta radice 16.que est 4.a radice
25.que est 5.remanet 1.per hoc etiam dempta radice 3.a
radice 7.fit ℞.V.10.m̄.℞.84.cuius sensus ē assumere ra
dicē 84.& detraere a 10.& residui ℞. est quod queritur.
Ex hoc patet & Capitulo Nono ꝙ tantū ē dicere ℞.7.
m̄.℞.3.quātum (℞) 10.m̄.℞.84.& similiter tantum est
dicere ℞.7.p̄.℞.3.quātū ℞.V.10.p̄.℞.84.quare &c.
3 Tertius modus ē vt diuidas numerū p numerū,& exeū
tis accipe radicē,a qua detrae 1.& residuū multiplica p
℞.minoris,& hic modus tenet in Radicibus cubicis:&
quadratis:& ℞℞.& mixtis:Exemplū de cubica volo de
traere ℞.8.cu: ex ℞.27.cubica:diuido 27.p 8.exit $3\frac{3}{8}$:
capio radicē cu:& ē $1\frac{1}{2}$.demo vnitatē remanet $\frac{1}{2}$.duco $\frac{1}{2}$.
in 2 radicem 8.fit 1.& tātum residuatur detracta ℞.cub.
8 a ℞.cub.27.& vt vides exempla capituli noni hic sa
tisfatiūt:nā operatio ē eadē vt in agregatiōe p̄cise:exce
pto ꝙ in agregatione addit' 1.in subtractione aufertur.

De subtractione denominationum caput 14.

1 In denominationibus similibus fit detractio p nume
ros veluti 10.ce.p̄.7.co.si demantur ex 24.ce p̄.13.
co.remanent 14.ce.p̄6.co.
2 Si vero denominationes sint similes vnus tn̄ numerus

maior. alter minor: fit detractio in minore secũdũ totũ: in maiore aũt secũdũ quãtitatẽ minoris: & residuũ ponitur sub termino minus Exẽplum volo subtraere 7.ce.p̃.13.co.a 10.ce.p̃.4.co. dico q͏ remanent 3.ce.m̃.9.co.

10.ce.p̃.4.co.
7.ce.p̃.13.co.
3.ce.m̃.9.co.

3 Si vero denominationes subtraẽdi sint cũ termino minus, fit additio: Exẽplũ volo detraere 7.ce.m̃.9.co.ab 11.ce.p̃.5.co.fit 4.ce.p̃.16.co.in additione autem minus minuit: exẽpli gratia vollo addere 6.ce.p̃.7.co.cũ 5.ce.m̃.9.co.fit totũ 11.ce.m̃.2.co.regula etiã hec tenet in surdis. Si vero nature sint diuerse fit subtractio per terminum minus aut per multiplicationem prout in surdis & ita 7.ce.p̃.3.co. & 4.cu. facit detraendo 7.ce.p̃.3.co.m̃.4.cu.vel per modum multiplicationis ℞.differẽtie 49.ce.ce.p̃.9.ce.p̃.16.cu.ce.p̃.℞.1764.cu.ce.detracta ℞ L.3136 ce.Re.p̃.576.ce.ce.ce.

Exempla istorum modorum patent vt hic.

7.ce.p̃.7.co.	7.ce.p̃.12.co.	7.ce.p̃.4.co.m̃.9.
4.ce.p̃.3.co.	5.ce.p̃.15.co.	5.ce.p̃.6.co.p̃.10
3.ce.p̃.4.co.	2.ce.m̃.3.co.	2.ce.m̃.2.co.m̃.19

7.ce.m̃.5.co.p̃.7.
9.ce.m̃.11.co.m̃.3.
6.co.m̃.2.ce.p̃.10.

PRobationes aũt fiũt duobus vltimis modis capituli vndecimi

De multiplicatione numerorũ caput Decimũquintũ.

CVm volueris multiplicare numeros habeas Imprimis memorie multiplicationẽ numerorũ simpliciũ vsq͏ ad 10.veluti 7.in 9.facit 63.deinde dispone quemlibet sub suo cõpari veluti. In figura vides

Primo ducitur 6.in omnes litteras numeri superioris: deinde ducitur 4.in easdem: deinde 9.deinde 3.vltimo 7 deducit͛ In oẽs litteras superioris numeri prout vides.

In hac Figura.

Secũdo cõsidera q̃ de-	7 9 5 0 7 8 6 4
cani q̃ ſup ſunt in multi	7 3 9 4 6
plicatione trãsferuntur	4 7 7 0 4 7 1 8 4
ad numerũ ſequentem:	3 1 8 0 3 1 4 5 6
tanq̃ numeri ſimplices,	7 1 5 5 7 0 7 7 6
veluti in Prima littera	2 3 8 5 2 3 5 9 2
duco 6. in 4. fit 24. depo	5 5 6 5 5 5 0 4 8
no 4. & ſupſunt 20. qui	5 8 7 9 2 8 8 5 1 1 3 4 4

ſunt duo decani, hos ſeruo: cum igitur dico 6. in 6. facit 36. addo 2. pro decanis ſeruatis: & fit 38. repono igitur 8. & ſeruabo 3. decanos quos ad numerabo multiplicationi 6. in 8, atq; ita in reliquis.

Tertio cõſidera q̃ primus numerus qui reponitur debet poni ſub littera multiplicante numeri inferioris deinde ꝓcedere ſeriatim ſine confuſione ad ſiniſtram: donec diſponatur optime vna ſub alia, ſicut vidiſti in figura.

Probatio autẽ p 9. ẽ vt colligas oẽs ſuperioris & ꝓice 9. quotiẽs potes: deinde fac idẽ in Secũdo numero inferiore: & reſidua inuicẽ duc: & ab eo quod fit ẽt ꝓiice 9. quotiẽs potes: & ſerua reliquum: deinde in numero ꝓducto aggregato ꝓiectis 9. quotiens potueris, ſi reſiduat idem numerus qui ſeruatus eſt recte proceſſiſti, ſin minus nequaquã. Exẽplum in ſuperiore: multiplicatione aggregatio numerorum eſt 46. deductis 9. remanet 1. in inferiore aceruus eſt 29. deductis 9. fit 2. duc. 2. in 1. fit 2. aggregatum producti eſt 65. aquo deductis 9. remanenr 2.

Alia ꝓbatio fit p 7. nõ agregãdo, ſed ꝓſcindẽdo: vt poſte dicas in ſupiore numero, in 7. nihil ſupeſt, in 9. ſupſunt 2. q̃ antepoſita ad 5. fatiũt 25. in quo ſuperſunt 4. que antepoſita ad nullitatem fatiunt 40. a quo proiectis 7. fit 5. qui antepoſitus ad 7. facit 57. a quo deducto 7. remanet 1. & ita procedas pariformiter in omnibus; ſi igitur, quod

ſupereſt a ꝑducto equat̃ ei ꝙ ſupereſt ex multiplicatiõe ꝑducentium: ratio eſt bona: aliter ẽ falſa. Exẽplũ in ſuperiore ſupſunt 2, in inferiore 5. duco 5, in 2. fit 10: ſuperſunt 3. cum igitur in producto ſuperſint 3. ratio eſt vera. Iſta met ꝑbatio põt fieri p 8. p 6. & p 11. & reliquos numeros eodẽ mõ ſicut fit de 7. & ꝑbatio de 9. nõ verificat̃ i aliis numeris nota tñ ꝙ põt eſſe Prima & Secũda ꝑbatio bona, & tñ multiplicatio erit mala: nõ tñ ꝑbatio põt eſſe mala, & multiplicatio bona hoc aũt fit hoc mõ: ꝑbationes iſte ſunt vere & tñ multiplicatio falſa: ſi igit̃ dubitas experiaris Primã & Secũdã & Tertiã litteras a dextra, an bene ſe habeãt nã falſificãtur multiplicationes p 63. additũ vel ablatum & omnem numerum ex eo compoſitũ vt 126. & 630. &c.

36425
792
72883
327828
254975
28848663

Cũ ducit̃ $\frac{s}{n}$ in numerum, ꝙ ꝑducitur eſt $\frac{s}{n}$. vt 7. in 8. fit 56.

Cũ producitur numerus in decanos, productũ ſunt decani veluti 7. in 80. facit 56. decanos qui ſunt 560.

Cũ ꝑducit̃ numerus in centenos, ꝑductũ ẽ numerus centenorũ. vt 7. in 800. facit 56. centenos qui ſunt 5600.

Cũ ꝑducit̃ numerus in millenos, vel econuerſo, ꝑductum eſt numerus millenorum. vt 7. in 8000. facit 56000.

Cũ ꝑducit̃ numerus in miriades, ꝑductum ẽ numerus miriadũ vt 7. in 80000. facit 56. miriades q̃ ſunt 560000.

Cũ ꝑducit̃ decanus in decanos, ꝑductũ ẽ numerus centenorũ. veluti 70. in 80. facit 56. centenos videlicet 5600.

Cũ ꝑducit̃ decanus in cẽtenos, ꝑductũ ẽ numerus milliariorũ. veluti 70. in 800. facit 56. millenos videlicet 56000.

Cũ ꝑducit̃ decanus in millenarios, ꝑductum fit numerus miriadũ. veluti 70. in 8000. facit 56. miriades V3 560000

Cum producitur decanus in miriades, productum eſt nu-

merus centenorum millium.veluti 7 0.in 8 0 0 0 0.facit 5 6.centena millium videlicet 5 6 0 0 0 0 0.

Cũ cẽtenus ꝓducit̃ in cẽtenos, ꝙ fit eſt numerus miriadũ. veluti 7 00.in 8 00.facit 5 6.miriades.videlicet 5 60000.

Cum centenus ducitur in milliaria, productum eſt numerus centenorum millium. veluti 7 0 0.in 8 0 0 0. facit 5 6.centena millia, videlicet 5 6 0 0 0 0 0.

Cũ cẽtenus ducit̃ in miriades, ꝓductum ẽ numerus millionũ, veluti 700.in 80000.facit 56.milliões, V 3 56000000.

Cum millenus ducitur in millenos, productum eſt numerus millionum, veluti 7 0 0 0.in 8 0 0 0.facit 5 6. milliones. Videlicet 5 6 0 0 0 0 0 0.

Cum millenus ducitur in miriades, productum ſunt decani millionum veluti 7 000.in 8 0 0 00.facit 5 6.decanos millionum, videlicet 5 60000000.

Cum miriasin miriadem ducitur, productum eſt centena millionum.veluti 7 0 0 0 0.in 8 0 0 0 0.facit 5 6.centena millionum videlicet 5 60 0 0 0 0 0 0 0.

Hec igitur ſi quis recte concipiat faciliter memoria maximas ſupputationes perfitiet.

De multiplicatione & inſitione fractorũ caput 16.

1 PRo multiplicatione duc denominatorẽ in denominatorẽ & numeratorẽ in numeratorem & ꝙ fit pone ꝑ ꝓducto veluti $\frac{2}{3}$ in $\frac{3}{4}$ facit $\frac{6}{12}$ & $\frac{2}{5}$ in $\frac{4}{7}$, facit $\frac{8}{35}$ vt vides in figura.

Probatio aũt vna ẽ vniuerſalis omnibus que ẽ diuiſio: q̃ etiã cõpetit integris, ſicut diuiſionis ꝓbatio eſt multiplicatio: Vnde cũ diuiſeris $\frac{6}{12}$ ꝑ $\frac{2}{3}$ exibũt $\frac{3}{4}$ aut ſi diuiſeris per $\frac{3}{4}$ exibunt $\frac{2}{3}$. & ſimiliter diuiſo $\frac{8}{35}$ per $\frac{4}{7}$ exibunt $\frac{2}{5}$. & diuiſo $\frac{8}{35}$ per $\frac{2}{5}$ exibunt $\frac{4}{7}$.

$\frac{2}{3}$ —— $\frac{3}{4}$ $\frac{6}{12}$

$\frac{2}{5}$ —— $\frac{4}{7}$ $\frac{8}{35}$

2 Inſilzatio vulgariter dr̃ ſine inſitio, additioni fere ſimilis

24

ē nō tñ pōt fieri sine multiplicatione, ob hoc dilata ē de claratio eius vsq; ad p̄sens capitulū: fit autē vt in figura multiplicādo denominatorem in denominatorē & p̄ductū pone p̄ denominatore, deinde multiplica denominatorē secūdū in numeratorē Primum & adde p̄ducto numeratorē secundū & aggregatū pone p̄ numeratore.

$\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$ $\frac{11}{12}$ $\frac{5}{7}$ | $\frac{82}{84}$

Exēplū volo inserere $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{4}$ & $\frac{5}{7}$, primo inserā $\frac{2}{3}$ cū $\frac{3}{4}$ ducēdo denominatores inuicē, fit 12: & postmodū Primū numeratorē q ē 2 in denominatorē q ē 4. fiet 8. cui adde secūdū numeratorē fiet 11. igit̃ in Prima insitione fit $\frac{11}{12}$ similiter duco 12 in 7. fit 84. pro denominatore: deinde duco 11. in 7. fit 77. addo 5. fit 82. pro numeratore igit̃ insitus erit $\frac{82}{84}$. Est autē insitio additio fractionis fracti anterioris, ad fractū cuius ē fractio, veluti addo $\frac{2}{3}$ de $\frac{1}{6}$ ad $\frac{5}{6}$ fiunt $\frac{17}{18}$ nam 2. nō sunt partes vnitatis sed $\frac{1}{6}$ qui est denominator de $\frac{5}{6}$.

3 Ex hoc patet q̄ ex insitione nunq̄ peruenit̃ ad vnitatem vt pote si qs dicat insere $\frac{3}{4}$ $\frac{5}{6}$ $\frac{7}{8}$ nō attingūt ad vnitatem quia ad $\frac{3}{4}$ deest $\frac{1}{4}$ sed $\frac{5}{6}$ nō ē $\frac{1}{4}$ sed tantum $\frac{5}{6}$ de $\frac{1}{4}$ igitur ad complendum vnitatē deest $\frac{1}{6}$ de $\frac{1}{4}$ sed $\frac{7}{8}$ sunt minus de $\frac{1}{6}$ de $\frac{1}{4}$ quia sunt $\frac{7}{8}$ de $\frac{1}{6}$ de $\frac{1}{4}$ igitur ad complendum vnitatē deest $\frac{1}{8}$ de $\frac{1}{6}$ de $\frac{1}{4}$ q̄ est $\frac{1}{192}$ & ita in infinitum.

Insere tot $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ q̄ fatiant $\frac{7}{8}$ tunc scias possibilitatē inserēdi faciliter nā si 8. denominator inserendi numerat 24. productum denominatorum inserētiū questio est possibilis aliter nō: soluitur autem Capitulo Sexsagesimo sexto.

De multiplicatione surdorum caput 17.

1 CVm fuerit surdus simplex ducēdo in se ipsum fit numer⁹ veluti ℞.7. in ℞.7. facit 7. & ℞.5. ī ℞.5. facit 5.

2 Cum ducitur numerus surdus. in alium producitur ℞. agregati. veluti ℞.7. in ℞.5. facit ℞.35. & ℞.9. in ℞.4. fa-

cit ℞.36.que est 6.

3 Cũ ducit̃ ℞.numeri.in ℞.q̃drupli,ꝑducit̃ duplũ numeri.veluti ℞.3.in ℞.12.facit 6.& ℞.5.in ℞.20.facit 10.

4 Cũ ducitur ℞.V.in se,producitur idem dempta Prima ℞.Exemplum ℞.V.7.p̃.℞.4.in se facit 7.p̃.℞.4.quod ẽ 9.& ℞.V.9.p̃.℞.49.facit 9.p̃.℞.49.

5 Cum ℞.numero multiplicabis,quadrabis numerum & duces in quadratum ℞.idest in numerum ipsum,& ℞.ꝑducti est quod quæritur.Exemplum ℞.7.in 5.quadra 5.fit 25.quadra ℞.7.fit 7.duco 7.in 25.fit 175.igitur ℞.175.est productum ex 5.in ℞.7.

6 Cũ volueris ducere radicẽ & numerum in se.Tũc quadrabis vtrũq; & iunges simul,post multiplicabis vnũ ꝑductũ in aliud,& quadruplabis,& huius ℞.cũ agregato Primo est productum.Exemplum ℞.9.p̃.2.quadra fit 9.p̃.4.quod est 13.duc etiam 9.in 4.fit 36.quadrupla fit 144.℞.est 12.addita ad 13.facit 25.tantum facit ℞.9.p̃.2.in se nam 5.in se facit 25.

7 Cũ volueris ducere ℞.ligatã in se fac eodẽ mõ,quadra,iũge,& multiplica,quadrupla,radicẽ agregato iũge:vt ℞.9.p̃.℞.16.fiũt 9.& 16.ꝙ totũ ẽ 25.deinde 9.ĩ 16.facit 144.quadruplũ ẽ 576.℞.ẽ 24.q̃ addita ad 25.facit 49 ꝙ si non haberet radicẽ,diceremus 25.p̃.℞.576.

8 Cũ volueris ducere radicẽ ligatã in aliã,quadrabis vtrãq; deinde multiplicabis in crucẽ,& ℞.ligata productorũ ẽ productum.veluti L℞.9.p̃.℞.4.in L℞.25.p̃.℞.36.quadra fiunt 9.p̃.4.& 25.p̃.36.dispone & multiplica:
9.p̃.4. Oẽs igit̃ hæ radices sũt ꝑductũ v3.55.
25.p̃.36.
℞.225.p̃.℞.324.
℞.100.p̃.℞.144.

Aliud 3.p̃.℞.4.in 2.p̃.℞.9.quadra & dispone hoc:mõ,est igit̃ ꝑductũ L℞.81 p̃.℞.36 p̃.℞.36.p̃.℞.16.Videlicet 25.

3.p̃.℞.4.
2.p̃.℞.9.
9.p̃.4.
4.p̃.9.
℞.36.p̃.℞.81.
℞.16.p̃.℞.36.

9 Cũ volueris multiplicare Radices vniuersales inuicem, quadra eas suo mõ p regulã quartã, & post modũ quadra etiã tanq̃ disiũctũ p vndecimã regulam, tertio duc vnã in alterã p p̃cedentẽ, & ℞.℞.ligate illius aggregati ẽ ꝓductũ. Exemplũ ℞.V.7.p̃.℞.4. in ℞.V.5.p̃.℞.16.ducẽda ẽ, quadrẽtur p quartam fiũt 7.p̃.℞.4.& 5.p̃.℞.16.deinde quadrent̃ p viam ℞.& numeri distinctorũ: & fiũt 49.p̃.4.& 25.p̃.16.hoc aũt p modũ ℞.ligate multiplicabis in crucẽ: & fiũt vt vides ℞.totius. agregati huius. ℞.L.1225.p̃.℞.784.p̃.℞.100.p̃.℞.64.℞.igit̃ 1225.est 35.&.℞.784.est 28.& ℞.100.ẽ 10.& ℞.64.est 8.igitur totum est 81.cuius ℞.est 9.productum.

℞.V.7.p̃.℞.4.
℞.V.5.p̃.℞.16.
D.7.p̃.℞.4.
D.5.p̃.℞.16.
L.49.p̃.4.
L.25.p̃.16.
℞.1225.p̃.℞.784.
℞.100.p̃.℞.64.

10 Cũ volueris multiplicare radices ligatas inuicẽ cũ vniuersalibus,quadrabis vnamq̃q; p suã regulã, V3 quartã & septimã & tu scis q̧ prodibũt in vtraq; numerus, & radix,deinde quadra omnia tamq̃ radices disiũctas, p sequẽtẽ regulã & multiplica inuicẽ,& ℞.℞.L.totius ẽ ꝓductũ veluti volo deducere ℞.V.7.p̃.℞.4.in ℞.L.9.p̃.℞.16.quadrabo p quartã regulã radicẽ vniuersalẽ,& fiet 7.p̃.℞.4.& quadrabo radicẽ ligatã p septimã regulã,& fiet 25.p̃.℞.576.multiplico eas in se p modũ ℞.distincte & fient 49.p̃.4.Et 625.p̃.576.deinde multiplico inuicẽ p modũ crucis & Primo 49.i 625.fit 30625.& 4.in 576 fit 2304.& 49.in 576.fit 28224.& 4.in 625.fit 2500:erit igit̃ ꝓductũ ℞.℞.L.30625.p̃.℞.2500.p̃.℞.2304.p̃.℞.28224.ẽ autẽ 30625.℞.175.℞.2500: $^{s}_{n}$ 50,& 2304.

℞.V.7.p̃.℞.4
℞.L.9.p̃.℞.16
7.p̃.℞.4.
25.p̃.℞.576.
49.p̃.4.
625.p̃.576.
30625.p̃.2304.
28224.p̃.2500.

℞.48.&

℞.48.& ℞.28224.est 168.adde igit 175.& 50.& 48.& 168.fiet 441.cuius ℞.ē pductū:nā ℞.V. 7.p̄.℞.4.ē 3.& ℞.L.9.p̄.℞.16.ē 7.& 7.ductū in 3.facit 21. Tñ si operareris p breuiorē viā,exit ℞.V.& nō ℞℞.ligate,idē tñ est pventus,sed vtor hoc mō ad vitandum errorem ex diuersitate operādi faciliter eueniētē.

℞℞.L.1225.
p̄.℞.2304.
p.℞.28224.
p̄.℞.2500.

11 Est ēt quoddā gen⁹ surdi, nūeri qͽ vocat̃ disiūctū,veluti ℞.9.p̄.℞.4.vult dicer̃ 2.& 3.p se,māifestū ē igit̃ qͽ q vult quadrare talē numerū.solū debet auffere Radicē veluti dicēdo ℞.d.7.p̄.℞.3.quadrata facit 7.p̄.3. differt valde a radice ligata nā quadratū ℞.d.9.p̄.℞.4 ē 13.tm̄, vt apparet per regulam presentem:quadratum autem ℞.L.9.p̄.℞.4 est 25.& quadratum ℞.V.9.p̄.℞.4.est 11.vt apparet ex quarta & septima regulis.

12 Ex ductu ℞.V.in ℞.V.vel in ℞.L.vel in numerū simplicē,vel in ℞.disiunctā,vel ex ductu ℞.L.in se, vel aliam ligatam radicem,fit semper ℞.vniuersalis.

13 Ex ductu ℞.ligate in numerum simplicem. Item in ℞.simplicem,Item ex ductu ℞.disiuncte in radicem disiūctam,fit ℞.ligata.

14 Ex ductu ℞.disiuncte in numerum simplicem,vel ℞.fit ℞.disiuncta.

15 Ex ductu ℞.disiūcte in ℞.V.fiūt plures radices vniuersales,Et ex ductu ℞.disiūcte in ℞.L.fiunt plures ℞.L. Nota igit̃ qͽ illud qͽ dixi in 12.& 13.regulis de radice disiuncta,ītelligit̃ qͽ pducunt̃ plures radices.V.vel ligate, nō vna tātū. Ex ductu igit̃ ℞.d.in ℞.d.fiunt plures ℞.L.

16 Multiplicatio ℞.d.in omnem aliam, nō est nisi multiplicatio radicis simplicis totiens iterata quot termini fuerint in ea,igit̃ omnis operatio eius habet̃ ex suis regulis.

17 Est etiā quoddā genus Radicū qͽ vocat̃ reduplicatū,& est frequētius in genere radicis ligate, veluti ℞.℞.L.16.

p̃.25.& ē intentio aggrega radicē 25. & est 5. cū ℞.16
Et est 4.& fiet 9. cuius sume ℞.ē 3. igit̃ 3. ē idē ꝙ ℞.℞.L.
16.p̃.25. in talibus igit̃ quadrabis auferēdo vnā Radicē:
& fiet ℞.L. simplex quā si volueris quadrare, quadrabis
ꝑ septimā igit̃ quadratū ℞.℞.L.16.p̃.25.ē ℞.L.16.p̃.℞.
25.v3.9. cū igit̃ volueris hāc radicē in aliā ducere totiēs
quadrabis reliquā quotiēs opus habes, ꝑ hāc & Septimā
ad multiplicādū & ꝙ ꝓducet̃ erit (℞) cuius ℞. erit nume
rus ꝓductus, exēplū est facile si vndecimā intellixisti vo
lo ducere ℞.℞.L.16.p̃.25. in radicē V.2.p̃.℞.4. duco ℞.℞.
L.16.p̃.25. in se fit ℞.L.16.p̃.25.& duco (℞).2.p̃.℞.4. in se
fit 2.p̃.℞.4. multiplico in seipsas. 2.p̃.℞.4.& ℞.L.16.p̃.
25. quadrando vtrāq; secūdū doctrinā 11. regule fit 8.p̃.
℞.64.& 41.p̃.℞.1600. duco secundū formā 11. fiet primo
328. deinde q̄drādo fiēt 64.p̃.64.& 1681.p̃.1600. q̄ducta in
crucē faciēt vt vides. ℞. 64. p̃. 64. | 102400.
igit̃ horū addende sunt 1681. p̃. 1600. |
ad 328.& ē idē ꝙ radix 107584. 102400.
multiplicati ex duobus primis videlicet 64. in 1681. capiā
igit̃ totū numerum V 3 ℞.V.328.p̃.℞.L.102400.p̃.℞.
1 Regula si notus sit maior terminus, & minor, & augumētū, in Septimo & Decimo mō: inuenies numerū terminorū hoc mō. detrae minimū a maximo, & residuum diuide p augumētū, & exeūti adde vnitatē, habebis numerū terminorū, exēplū in Septimo mō, demo .1. ab .6, fit .5. diuido p .1. q̄ ē augumētū exit .5. addo .1. fiūt .6. termini: exemplum in Decimo modo demo .3. ex .15. fit 12. diuido per augumentum quod ē 3. fit 4, addo .1. fiunt .5. termini.

.1.2.3.4.5.6.
.3.6.9.12.15.

2 Ex hoc patet cōuersum videlicet, si a numero terminorū demat̃ vnitas, & residuū ducat̃ in differētiā siue augumētū, & ei addideris minorē terminū cognosces maiorē, veluti in Exēplo termini erant 5. auctio p .3. demo .1. a .5. fit .4. duco in 3. fit 12. addo minorem terminum fit 15. maior terminus.

.3.6.9.12.15.

3 Pro Octauo & Vndecimo mō cū volueris scire an termini sint pares vel impes, deduc Primū ab vltimo, & residuū diuide p dimidiū augumētorū, si nihil superest sunt impares, si aliqd pares: exēplū dempsi 3. ex 17. in Vndecimo mō & fit 14. differentie aūt erāt 2. & 5. q̄ simul agregare faciūt 7. cuius dimidiū est 3. $\frac{1}{2}$ diuiso igit̃ 14. p 3. $\frac{1}{2}$ exit 4. & nihil superest: igit̃ termini sunt qnq; idē eēt si duplares 14. fit 28. diuide p 7. nihil superest: igit̃ termini sunt impares, si autē aliqd super

3.5.10.12.17.

esset

esset essent pares, vt in octauo modo demo 1, a 15. fit 14: agregatum differentiarum est 6, duplo 14, fit 28. diuido p 6, supersunt 4. igitur termini sunt pares. 2.

4 Ex hac habet' numerus terminorũ habito primo, & vltimo & progressione. vide si termini sint impares p Tertiã regulã exime Primũ ab vltimo, & residuũ dupla, & diuide p agregatũ differẽtie, exeũti adde .1. q̈ fit est numerus terminorũ, veluti in vndecimo 3. ex 17. fit 14. qa termini sunt impares ex tertia regula, duplo igit' 14. fit 28. diuido p agregatum differẽtiarũ q̈ ẽ 7. exit 4. addo vnitatẽ fiunt 5. termini. Si vero termini p Tertiã inueniant' pares exime Primã differẽtiã ab vltimo termino habebis penultimã & terminos impares, quare p hãc regulã numerũ terminorũ, q̈bus, vnitate addita cõsurgũt oẽs termini, veluti exẽplum in octauo mõ eximo Primã differentiã ab vltimo fit 13. terminus penultimus, quare per precedentem termini sunt quinq̃, igitur addito vltimo, fient termini sex.

.3.5.10.12.17.

.1.3.7.9.13.15.

5 Ex hac habet' p numerũ terminorũ, & differẽtiã, & Primũ terminũ, vltimus termin⁹: quod sic apparet: si fuerint impares, detrae vnitatẽ, & reliquũ duc in dimidiũ differẽtiarũ, & exeũti addat' Terminus primus & cõflabit' vltimus: in pari vero deducta prima differẽtia operaberis vt supra: vltimo inuẽto penultimo termino, addes differentiã secũdi ad primũ terminũ, & cõflabit' vltimus terminus: exẽplũ patet ex cõuersis regule quarte vel breuius loco primi termini, & dñie adde secũdũ terminũ, & loco de 1. & 1. exime 2. & sic in impari detrae 1, & adde primũ terminũ, at in pari detrae 2. & adde secũdũ terminũ exẽplũ in vndecimo deduco 1. a 5. fit 4. dimidiũ dñiarũ ẽ 3. $\frac{1}{2}$: duc in 4. fit 14. addo primũ terminũ fit vltimus 17. in octauo autem mõ termini

.3.5.10.12.17.

sunt 6. eximo 2. fiunt 4. duco in dimidiũ differẽtiarum quod est 3. fit 12. addo Secundum terminum fit 15. pro vltimo termino.

.1.3.7.9.13.15.

6 Pro Nono & duodecimo mõ deme vnitatem a numero terminorũ, & disce dĩam auctionalẽ maximã cui adde minorẽ dĩam, & dimidia, & duc in residuũ terminorum dẽpta vnitate, & cõsurget vltimus terminus addito primo exemplũ in nono mõ dĩa maxima ẽ 5. addo minimã q̃ ẽ 1. fit 6. dimidiũ ẽ 3. numerus terminorũ ẽ 6. deduc 1. fit 5. duc in 3. fit 15. adde primũ terminũ fit 16. vltimus terminus quare similiter in duodecimo minor differentia ẽ 1. maior 4. adde fiũt 5. dimidiũ 2 ½ duc in 4. qui est numerus terminorum vnitate dempta fit 10. addo 3. primum terminum fit 13.

.1.2.4.7.11.16.

.3.4.6.9.13.

7 In hoc mõ vltima differẽtia inuenit᷑, dẽpta vnitate a numero terminorũ, & cognita prima differẽtia p primum modum scietur vltima, nam differentie ille sunt vel ex septimo, vel decimo modo: quare per primam & secundam regulam operaberis.

8 Per hoc patet cõuersũ sexte regule, nã habitis prĩo & vltimo termino, & mõ ꝓgressiõis: facile erit inuenire terminorũ numerũ, nã deduces primũ terminũ ab vltimo, & residuũ si diuiseris per dimidiũ dĩarũ prime ac vltime exibit numerus terminorũ dẽpto vno, aut si diuiseris per numerũ terminoꝝ dẽpto vno, exibit dimidiũ dĩarũ, quo duplicato si ab eo dẽpseris primã differentiã, fiet vltima exemplo non indiges in tam clara re.

9 In hoc etiã inuenies maximã differentiã alio modo, subtrae minorẽ terminũ de maiore, residuũ ẽ aggregatum differẽtiarũ, & prima differentia est primus terminus talis ꝓgressionis, & prima differentia est additio talis progressionis: igit᷑ p primam regulã scies maximã dĩam.

10 At ſi vltimus terminus non ſit notus, ſed tantum nume rus terminorũ, ſcies differẽtiã per primã ſubducta vnita te vt dixi, exẽplũ termini ſint. ſex auctio ſit per vnitatem igiť termini ſunt quinq; aucti p vnitatem, quare per pri- ma3 notus eſt maximus terminus, & hic ẽ maxima dĩa.

11 Ex his habeť ſumma omniũ terminorũ in omni modo, adde in ſeptimo & decimo mõ minorẽ terminum maio ri, & quod ſit ducas in dimidium terminorum, exemplũ. 3.4.5.6.7.8. primus cũ vltimo facit. 11. duc in 3. qui eſt dimidium termi- norum fit 33. pro agregato, ſimiliter 2.5.8.11.14.17. iunge fiunt 19. duc in 3. fit 57. nã termini erãt 6. dimidium eorũ 3. eadẽ regula tenet in octauo & vndecimo ſi termini ſint pares aliter ſi impares ſint deme primũ, & operare cũ reliqs eodẽ mõ: poſt ad- de primũ veluti. 3.5.10.12.17.19.24. dẽpto primo fit. 5. minimus additus ad 24. fit 29. duc in dimidium termi norum quod eſt 3. fit 87. adde pri- mum fit 90. pro agregato.

12 Pro nono & duodecimo mõ, deme a numero terminorũ 2. reſiduũ di- uide p 3. exeunti adde 1. hoc duc in agregatũ vltime differẽtie cum ſua ꝓgreſſione producto, adde ꝙ fit ex primo termino in numerũ termino rũ, ꝙ cõflať ẽ ſumma. exẽplũ. 3.7.15. 27.43.63.87. termini ſunt. 7. demo 2. ſiũt 5. diuido p 3. exeũt $1\frac{2}{3}$ addo 1. fiũt $2\frac{2}{3}$: duco in ſummã differẽtiarũ habitã p vndecimã regulã q̃ eſt 84.

3.4.5.6.7.8
11
3
33
2.5.8.11.14.17.
19
3
57
3.5.10.12.17.19.24
29
3
87
3
90
3.7.15.27.43.63.87
7
2
5
$1\frac{2}{3}$
$2\frac{2}{3}$
84
224

fit 224. duco etiam primum terminum qui est 3. in 7. fit 21. nam 7. erat numerus terminorũ addo igitur 21. ad 224. fit 245.

7
3
21
224
2
245

13 Ex his habetur sumpto numero terminorum & agrgato vltimus terminus in septimo & decimo modo diuide igitur agregatum per dimidium numeri terminorũ, & ab exeunte deme primum terminum, remanebit vltimus. Idem in octauo & vndecimo modo cum pares fuerint, si impares detrae primũ terminũ ab agregato, & residuũ diuide p numerũ terminorũ minus vnitate, quod exit dupla, & a pducto aufer secũdũ terminũ, residuum ẽ vltimus terminus, Exẽplũ 90. sit agregatũ termini vero 7. minor terminus 3. deduco ex 90. fit 87. diuido p 3. & est dimidiũ terminorũ fit 29. deduco secũdũ terminũ q fuit 5. remanet vltimus 24. est autẽ 3. dimidiũ terminorũ qui fuerunt 7. dempto vno vt regula dicit.

14 Et sicut ex vndecima elicit duodecima, p nono & duodecimo modo, ita ex decimatertia elicit quartadecima pro nono & duodecimo modo.

15 Et vniuersaliter cũ fuerint 5. termini videlicet auctio: numerus terminorũ: minor terminus: & maximus, & agregatũ, cũ sunt 3. ex his noti, qualescũq; sint, cognoscentur reliqui duo ignoti, in quolibet modorum.

16 Et ex his habemus cõuersũ duodecime regule, cognita .n. suma & differẽtia maxima, & termino minore habebimus numerũ terminorũ, si ẽt habuerimus maiorẽ, deduc igit ex vltima differẽtia vnitatẽ, residuũ diuide per 3. exeũti adde vnitatẽ p hoc totũ multiplica maiorem terminũ dempto minore, & qđ fit detrae ex suma, residuum diuide p terminũ minorẽ, qđ exit ẽ numerus terminorũ, & ẽ Exẽplum sit minor terminus 4. maior 32. differentia maior 7, agregatũ 116, pgressio in nono vel duodecimo

mõ detrao 1.ex 7.fit 6.diuido p 3.exit 2.addo 1. fit 3. demo ex 32.maiore minorē terminũ q ē 4. fit 28.duco in 3. fit 84.demo ex 116.fit 32.diuido p terminũ primũ q ē 4. exit 8.numerus terminorum erat igitur progressio talis. 4.5.7.10,14.19.25.32. & ita in ista .4.8.13.19.26.34.vel in hac.5.6.8.11.15.20.26.33.41.50.

17 Et cum fuerint.6.termini, vt pote, maxima differentia, & auctio ipsa, & terminus minor & maior: & numerus terminorũ, & agregatũ: & ex his 3.cogniti, & reliqui incogniti: cognoscent incogniti facta positione termini vnius ex incognitis p rē & operare p algebra, & puenies ad cognitionē Exēplũ terminorũ vt.3.4.6.9.13.18.24.31.39. primus terminus est.3.auctio.1.maxima differētia 8.numerus terminorũ 9.nã semp auctio ducta in numerum terminorũ deducta vnitate: pducit maximã differētiam vnde ēt deducta differētia.vel diuisa p auctionē, q exit addita vnitate pducit numerũ terminorũ: igit deducta vnitate ex nnmero terminorũ, & diuisa maxima differētia, exibit auctio ipsa, & qntus terminus, ē autem maximus 39.sextus est agregatũ vt 147.& hi inueniũtur in nono & duodecimo modo, in aliis autem sunt tantum.5. termini, qm̃ auctio nõ differt a maxima dria quare &c.

18 Pro primo & quarto mõ, cũ diuiseris terminũ maximum p minimũ, q exit quali ordine ē sue pgressionis denominatorũ talis ē numerus figurarũ, Exēplũ in primo modo diuido 32. p 1.exit 32.qui in ordine duple est ce.cu. & est sexta figura ex positis in fine primi capituli de 11.quare termini fuere 6.

1.2.4.8.16.32.

Per oppositũ habes terminũ maiorē, vt in quarto mõ termini sũt 5.& Figura.5.ex illis ē ce.ce.igit cũ ce.ce.ĩ tripla pportiõe sit 81.duc 81.in minimũ terminũ q fuit 3.cõsurgit 243.q ē terminus maior

3.9.27.81.243.

19 Pro secũdo & qnto cõsidera terminos impares.aliter di

mitte primum & reduces ambas pportiones ad Figu-
ram numeri terminorum, & diuide maximum terminū
per ambo, & exeuntia multiplicabis inuicem & radix est
in denominatione termini.

Exemplum in quinto modo dupla & tripla sunt prime
proportiones, terminus maior ē 108. du-
co in se fiūt 11664. quadra terminū mino   .3.6.18.36.108.
rē fit 9. diuide 11664. exit 1296. Radix ē 36. duc 2. p quin-
tā Figurā, & 3. similiter, ex vno aduenit 16. ex altero. 81. in
quorū medio pporcionaliter cadit 36. igit' termini sunt
5. assumēda est. n. propinquitas per æqualem multiplica-
tionem duple & triple in denominationibus.

20 Pro cōuerso ambas pportiones deduces ad Figurā sui
termini, & pducta duc in minorē terminū, & pdeuntia
inuicem radix autem totius, est terminus maior.

Exēplū in secūdo mō duco duplā & triplā in quintā de-
nominationē. fit 16. & 81. duco vtrūq; in
primum terminum fiunt 32, & 162. du   .1.2.6.12.36.72
co inuicem fit 5184. Radix est 72,

21 Pro tertio & sexto mō, p primā regulā habes differētiā
denominationū a prima ad vltimā, & oēs inuicem multi
ca, deinde totū p minorē terminū, q̄ puenit est in maxi
mus terminus. Exemplum in tertio modo. 2.3,4.5.6. du
cte inuicem fatiunt 720. & in primum terminum idem,
quare maximus terminus est 720.

22 Cōuersum habes diuidēdo maximū terminum, p mini
mū, & q̄ exit successiue per differētias vsq; ad vnitatem.
Exēplū. 2.6,30 210, 1890. diuide p 2. exit 945. hūc per pri
mā pportionē exit 315. hunc p 5. exit 63. hunc p 7. exit 9.
diuide 9. per 9. exit vnitas pportiōes igit' 4. & termini 5.

23 In primo mō & quarto volēs inuenire agregatū, minus
ex maiore detrae, & residuū diuide p 1. m̄. denominatio-
ne, q̄ exit adde maiori termino, q̄ cōflatur: ē agregatū.

Exẽplũ.3.de 81: est 78. diuide p 2. exit 39: adde ad 81. fit 120. & in sexqaltera inter 16. & 81. deduc 16. ex 81. fit 65. duc in sexquialteram que sic scribitur $\frac{3}{2}$ fit detracta vnitate $\frac{2}{1}$ quare feit 130. adde ad 81. fit 211. agregatum.

.3.9.27.81.

16.24.36.54.81.

24 In secũdo & quinto mõ multiplica differẽtiã vnam per aliã, a ꝓducto aufer. 1. & cũ hoc residuũ maximi detracto minore diuide, & qđ exit multiplica per primã differẽtiã addita vnitate siue sit maior siue minor, & totom ad de primo termino. & hoc vbi termini sint impares & proportio multiplex. Exẽplũ in casu 3. de 108. fit 105. duc 3. in 2. fit 6. deduc. 1. fit 5. diuide 105. exit 21. prima differẽtia denominata fuit a 2. fit addita vnitate 3. duc in 21. fit 63. adde ad 108. fit agregatũ 171.

3.6.18.36.108

25 In nõ multiplici, autem imparibus existẽtibus terminis, tres inuenias eiusdem ꝓportionis numeros minimos, & minore a maiore detracto. In qua proportione se habet agregatũ ex duobus maioribus, ad residuum. In eadem proportione se habent quoquot alii ad suum residuum.

Exẽplũ 3.4.5. in proportõibus sexquitertia & sexquiquarta sunt minimi. subtrao 3. a 5. fit 2. maiores fuere 4. & 5. q agregari sunt 9. in qua igit̃ ꝓportione est 9. ad 2. in eadẽ erit agregatũ totũ dẽpto minore termino ad residuum maioris dempto minore. sit igit̃ vt velim scire agregatũ ꝓgressionisq̃ vides deduco 18. ex 50. fit 32. deduco vt dixi in $\frac{9}{2}$, fit 144. addo terminũ minorẽ fit 162. agregatũ, & hoc in terminis imparibus, cũ vero fuerint pares sciuisti terminũ primũ esse detraẽdũ, deinde opaberis p regulas suprascriptas vltimo addes ipsum & habebis agregatum.

18.24.30.40.50.

26 In progressione quadratorum, accipe duplum terminorum & adde vnitatem, & diuide per 3. & quod exit multiplica per sumam progressionis.

Exẽplũ volo quadrata ad 10. duplica fit 20. adde 1
1. fit 21. diuide ꝑ 3. exit 7. duc in 55. ꝙ est agrega- 4
tũ ꝓgressionis ad 10. exit 385. q ē numerus sume. 9
27 In cubicis autem numero terminorum adde 1. 16
& quadra iterum dimidium terminorum in se, & 25
duc vnum per aliud: quod exit est suma. 36
Exẽplũ volo sumam cuborũ ad 10. addo 1. fit 11. 49
quadro fit 121. diuido 10. fit 5. quadratũ eius ē 25. 64
duco in 121. fit 3025. ꝓ suã: he due regule fuerunt 81
fratris luce optimi Arithmetici plures alias adii- 100.
cere potuisse, sed suffitiunt he volentibus operari,
cũ intellexerint semper tria cognita presuponi debere, re
liqua que vel duo sunt vel tria ex his inquiri oportere.

¶ Caput 28. de progressione fractorum.



IN fractis nõ ē ꝓgressio Arithmetica, quia nec æqualis excessus, nã $\frac{1}{2}$ excedit $\frac{1}{3}$, In $\frac{20}{120}$: & $\frac{1}{3}$ excedit $\frac{1}{4}$, In $\frac{10}{120}$: & $\frac{1}{4}$ excedit $\frac{1}{5}$, In $\frac{6}{120}$: isti excessus nedũ nõ sunt æquales sed nec in æquali excessu, aut ꝓportione, nã ꝓportio $\frac{20}{120}$, ad $\frac{10}{120}$, ē dupla proportio, $\frac{10}{120}$ ad $\frac{6}{120}$ est minor dupla.

In ꝓportione Geometrica, ē progressio vt $\frac{1}{2}$. $\frac{1}{4}$. $\frac{1}{8}$ $\frac{1}{16}$, $\frac{1}{32}$: & ita de aliis: regula ē vt ducas minorē terminũ in Maiorē, & sumas ꝓportionē secũdũ totũ, veluti $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{12}$ $\frac{1}{24}$ duc 3. in 24. fit 72. erũt igitᷣ operationes veluti in Integris ex $\frac{1}{72}$: excepto ꝙ minor in denominatione ē maximus terminus & ecõuerso: veluti volo agregatũ ꝓdictorum fractorum ꝑ vigesimamprimam regulam precedẽtis capituli, detrao 3. de 24. fit 21. denominatio erat per 2. nam erat sub dupla detrae 1. fit 1. duc in 21. fit 21. adde 24. fit 45. & ita sunt $\frac{45}{72}$, videlicet $\frac{5}{8}$.

¶ Caput 29. de progressione surdorum.

IN surdis aũt nõ dat' ꝓgressio generalis arithmetica, nã maiorẽ ꝓportionẽ habet ℞.12. ad ℞.11. quam ℞.13. ad ℞.12. tã in excessu. quã in proportione: igit' nulla ratio dari põt in talibus quãtum ad progressionem Aritmeticam.

In geometricis aũt dat', nã ex decimaseptima sexti, cũ sit ꝓportio quadrati ad quadratũ, veluti lateris ad latus duplicata igit' cũ quadratorũ sit ꝓportio cõtinua, erit & radicũ igit' radices 4.6.9. sunt cõtinue ꝓportionales, In his autẽ oportet operari ꝑ q̃drata dũmõ caute opereris & sequet' inuẽtio ignotorũ ex notis ꝑ capitulũ vigesimũ septimum veluti. 16.24.36.54.81. cognita ꝓportione sciemus numerũ terminorũ, & ex his maiorẽ terminum, & ex his suã radicẽ, vel operabimur ꝑ algebra, nã qualis ẽ ꝓportio cẽsuũ In cẽsibus, talis erit radicũ dimidiata in radicibus, veluti 4.36.324. sunt in ꝓportione nonupla, igitur radicũ ꝓportio ẽ tripla, ꝓportio etiã agregati ex his est vt 91. ad 1. cum vero reduxeris per algebra inuenies proportionem radicum vt 13. ad 2.

In distinctis aũt ligatis vel vniuersalibus nõ est operatio nisi per quadrata illarum, verum non indigemus aliis regulis sed tantum cautella in operando.

¶ Caput 30. De progressione denominationum.

NOn differt ꝓgressio vnius denominatiõis qualicũq; sit a progressione numeri, veluti 1 co. 2 co. 3 co. 4 co. ẽ veluti. 1. 2. 3. 4. & 1 co. 2 co. 4 co 8. co. veluti. 1. 2. 4. 8. igit' regule 27. capituli in hoc tibi plene ĩseruiũt, q̃si nõ vna sit denominatio augumẽtũ tñ equale adhuc sufficit, veluti 1 ce. p̃. 2. co. 2. ce. p̃. 3. co. 3. ce. p̃. 4. co. & sic deinceps, operare distinguẽdo cẽsus a radicibus, vnicuiq; vero eorũ, ꝓpriã progressionẽ inuenies.

Quod si ꝓgressio sit ꝑmutatis denominationibus veluti 1 co.1 ce.1 cu.1 ce.ce. atq; eo mō: tūc ē in genere geometricarū & vltra, tres terminos æquatio nō nisi composita aduenit ex terminis cōstās cōtinue ꝓportiōalibus, quod si ponatᷣ auctio in numero & denominatione, tunc erit Geometrica & Arithmetica mixta veluti 1 co.2 ce.3 cu. 4 ce.ce. tunc difficilis ē q̄sto. Quod si auctio ē p denominationes, & numeros, geometrica, tūc facilior ē inuētio veluti 1 co.2 ce.4 cu.8 ce.ce. incūctis autē his iuuat vltimū terminū diuidere p primum, aut subtraere vt in arithmetica, & operari in geometrica per suas regulas vt in vigesimoseptimo capitulo a decimaseptima ad vigesimāseptimam regulā. & in arithmetica vsq; ad decimam septimā regulā: & ponamus exēplū leue, q̄dā ambulauit 1 co. & 2 co. & 3 co. & 4 co. & 5 co. & in totū ambulauit miliaria 100. seq̄tur.n. vt ambulauerit ex regulis primis 15 co. cū igitᷣ diuiserimus 100. p 15. exeūt 6.$\frac{2}{3}$: quare ambulauit prima die miliaria 6 $\frac{2}{3}$: & secūda tanto plus, & sic in finē & alius ambulauit prima die 1 co. secunda die 2. ce. tertia die 4. cu. igitᷣ si ponatᷣ æquale 100. co. fient 99: æqualia 2 co. p̄. 4. ce. quare ce. & $\frac{1}{2}$ co. aequātur 24$\frac{3}{4}$: sequere æquationē ex capitulo suo, & habebis valorē rei, quod si 100. co. ponunt nobis valorem talem quid ponet 100. In numeris & tunc habebis æquationem in 4. termi nis numero, radice, censu, cubo.

Caput 31. de septem operationibus que fiunt ex integris & fractis.

1 Cum numerator numeri fracti ē maior denominatore, numerus ille integra cōtinet: veluti $\frac{253}{60}$ tūc igitᷣ si diuiseris numeratorē p denominatorē exiēs ē numerus æquiualēs fractioni illi q̄ superest fractiones, veluti 253. per 60. exit 2. & $\frac{33}{60}$.

2 Numeri integri cū fractis cōmiscentᷣ, vel quoniā vnus

est integer & alius fractio: vel vnus integer & fractio, & alius fractio, vel vnus integer & fractio, reliquus integer vel vnus integer & fractio, similiter & reliquus: & sic sunt modi 4.

3 Cũ integrũ simplicẽ cum fracto simplici numerare vis vel denominare, potis illud duobus modis efficere: primo p adiũctionẽ vt 23.$\frac{7}{19}$ secũdo reducendo integrũ ad fractionẽ, hoc autẽ fit ducẽdo denominatorẽ in integrũ & insup addẽdo numeratorẽ fractionis, & totũ ponetur pro nnmeratore, denominator autẽ manebit idem, vt in exẽplo supiore duco 19. in 23. fit 437. addo 7. fit 444. substituo denominatorẽ fiet $\frac{444}{19}$ q̃ fractio æquipolet 23.$\frac{7}{19}$.

4 His vistis oẽs operationes que fiunt inter fractos, & mixtos, aut integros, possunt fieri, vel separate: vt ducẽdo fractũ in integrũ, & post in fractũ, vel ecõuerso: ita etiã de diuisione, excepto q̧ diuisio reddit̃ difficilis, nisi fiat reductio ad eandẽ naturã, veluti duco 19. in 23.$\frac{7}{19}$: possum ducere 19. in 23. & fit 437. deinde duco 19. in $\frac{7}{19}$, & ũfit 7. totũ: igit̃ fiet 444. integra: & possemus etiã deducere 23. $\frac{7}{19}$ ad fractionẽ vnã & fiũt $\frac{444}{19}$: vt dixi deinde ducere p capitulũ suũ in 19. integra, deinde ,pductum diuidere p denominatorẽ, qui etiã est 19. & exibunt etiã 444. integra.

5 Cũ igit̃ addere vis fractionẽ integro, reducas eã si maior sit vnitate per capitulum presens ad integra, & adde integra integris, & similiter fractiones fractionibus, per capitulum suum si adsint.

6 Cũ vero volueris detraere fractiones ex integris: integra ex integris detrae, deinde vnitatẽ plus: & subtrae numeratorẽ a denominatore: & residuũ superpone denominatori, exẽplũ volo detraere 23 $\frac{7}{19}$ ex 47, demo 24. ex 47. & remanet 23. & demo 7. ex 19. & fit 12, igit̃ residuũ est 23.$\frac{12}{19}$, q̧ si vtrinq; fractio adsit, primo deme vnam ex alia, p suũ capitulũ, q̧ si nõ potes resolue vnitatem in fra

ctiões, & eã adde nũero subtraẽdo deinde operare p sua capitula simplicia: exẽplum 17. & $\frac{13}{19}$ ex 24 $\frac{5}{7}$, deducas $\frac{13}{19}$ ex $\frac{5}{7}$ remanẽt $\frac{4}{133}$, & 17. ex 24. fiunt 7. vt igit semp scias q̃ duarum fractionũ sit maior, duces denominatorem vnius in alterius numeratorẽ in crucẽ, & cuius fuerit productũ ex numeratore maius, fractio illa ẽ maior, veluti 5. in 19. facit 95. & ẽ maiusq̃ 7. in 13. igitur $\frac{5}{7}$ est plusquã $\frac{13}{19}$: sit igit vt velis deducere 13. $\frac{5}{7}$ ex 20. $\frac{17}{24}$ constat ex regula pdicta q $\frac{5}{7}$ est maiusquã $\frac{17}{24}$: quare adde ad 13. & $\frac{5}{7}$ vnitatẽ fiet 14. $\frac{5}{7}$: deinde iunge numeratorẽ de $\frac{17}{24}$ denominatori, fiet numerator fractionis $\frac{41}{24}$: igitur deduces 14. $\frac{5}{7}$ ex 20. $\frac{41}{24}$: per capitula sua & remanebunt 6. $\frac{167}{168}$.

$\frac{5}{7}$ X $\frac{13}{19}$
95. 91
20 $\frac{41}{24}$
14 $\frac{5}{7}$
6

$\frac{5}{7}$ X $\frac{41}{24}$
287 120
120
167
168

7 In multiplicatiõe autẽ duces integrũ p numeratorẽ, & totũ diuides p denominatorẽ, veluti 23. in $\frac{3}{7}$: duc 3. in 23. fit 69. diuide per 7. exit 9. $\frac{6}{7}$, & si adsint fractiones multiplica postmodum fractionem p fractionem, ex capitulo suo, & iunge, & similiter integra per integra.

8 In diuisione autẽ cõuenientius est vt reducas omnia ad suas fractiones p capitulum psens, deinde diuides p diuisorẽ p Caput 20. exiens autẽ reduces ad integra si maius sit vnitate p capitulum psens, si tñ diuisor nõ contineat fractiones, operare p integra tm̃. exẽplum primi volo diuidere 27. $\frac{3}{7}$ p 7. $\frac{3}{19}$ deduco ad fractiones fiunt p diuidendo $\frac{192}{7}$ & p diuisore $\frac{136}{19}$ diuido igit $\frac{192}{7}$ p $\frac{136}{19}$ & fit $\frac{3648}{952}$ reduco ad ĩtegra fiũt 3. & $\frac{792}{952}$ vel schinsãdo 3. & $\frac{99}{119}$ Si autẽ duxeris denominatorẽ diuisoris in diuidẽdum & diuiseris p numeratorem exibit exiẽs sit exemplum volo diuidere 17. p $\frac{5}{7}$ duco 17. in 7. fit 119. diuido p 5. exit 23. $\frac{4}{5}$ & ita volo diuidere 17. p 3. $\frac{4}{5}$ reduco ad fractionem diui-

71

sorem fit $\frac{12}{5}$ duco igitur 5.in 17.fit 85. diuido per 19. exit 4 $\frac{9}{19}$ & ita in omnibus.

Radicum extractiones fiunt vt in integris progressiones reducendo adunum denominatorem.

Cum vero reductio facta fuerit vt sint omnes fractiones multiplica per capitulum suum deinde reduces ad integra vt in presenti.

Caput 32, De integris & surdis mixtis.



Peratio sua iã dicta ẽ.ẽ.n.vt in numeris ligatis qm̃ sepius integros cõtinent ꝑpterea nõ est alia operatio a surdis ꝙ si times aliquando operari reduc integrum ad naturam surdi veluti volo reducere 7.in ℞.L.9.p̃.5.& est 3.p̃.5.operatio etiã sana est deducendo 7.in se fiet ℞.49.ducenda in ℞.L.9.p̃.5.

Caput 33. De integris & denominatis.



Vmeri integri nõ variant naturã denominatorꝫ ideo operatio eorũ est in omnibus ꝑ capitula numerorum simplicium aduenientia autẽ manent in suis denominationibus in qbus erant prius vt 3.in 7.cu.p̃.5.ce.m̃.7.facit 21.cu.p̃.15.ce.m̃.21.

Caput 34. De fractis denominatoribus miscẽdis.

1 

Terqꝫ eorum indicat vt reducat̃ ad integra, verum in surdis nec cessitas est minor, difficultas maior, in fractis autẽ difficultas est minor, & neccessitas maior, quare ob tẽperãdum est neccessitati maxime cum ꝑ hoc non adueniat operatio difficilis, exemplum est volo deducere $\frac{1}{3}$ in $\frac{1}{4}$ co.p̃.$\frac{2}{3}$.ce.p̃.7.deducas omnia ꝑ regulã fractoruꝫ veluti in capitulis suis & fiet $\frac{1}{12}$ co. p̃.$\frac{2}{9}$ ce.p̃.2.$\frac{1}{3}$ numeri, ꝙ si neccessitas diuisionis te postulat cũ integris admixtis fractionibus veluti 3.$\frac{1}{7}$ est diuisor de 4.co.p̃.3.ce. omnia duces in 7. fit 22.diuisor, de 28.co.p̃.21.ce.

2 Quod si velis diuidere 1 ce.ce.p̃.64. per $\frac{64}{1.ce.}$ multipli-

ca 1 ce.ce.p̄.64.in 1 ce.fiunt 1 ce.cu.p̄.64.ce.diuide p nu meratorem qui eſt 64.exibit $\frac{1}{64}$ ce.cu.p̄.1 ce.

3 Quod ſi fractiones denominatorum ſint multiplicãde tunc facies vt vides ducendo nu meratores inuicē fiunt 14. & ducendo denominatores fiunt 1.cu.& ita fiunt $\frac{14}{1.cu.}$ ꝙ ſi volueris diuide $\frac{4}{1.ce.}$ per $\frac{2}{1.co.}$ multiplica in crucē & fient $\frac{4.co.}{2.ce.}$ & eſt ꝓuentus & ſimiliter in additione facies p modū fracti ex ēplū volo addere $\frac{2}{1.ce.}$ ad $\frac{3}{1.co.}$ aptabo vt vides & multiplicabo ĩ crucē & fient 2.in 1 co. fiēt 2 co.& 3.in 1 ce.fient 3 ce.deinde 1 ce.in 1 co. fiunt 1 cu.igiť additis 3. ce.& 2 co.fiēt $\frac{3.ce.p.2co.}{1.cu}$

$\frac{2}{1.co.}$ $\frac{7}{1.ce.}$ $\frac{14}{1.cu.}$

$\frac{2}{1.ce.}$ X $\frac{3}{1.co.}$ $\frac{3.ce.piu.2.co.}{1.cu.}$

$\frac{2}{1.co.}$ X $\frac{3}{1.ce.}$ $\frac{3.co.men.2.ce}{1.cu.}$

& ſimiliter in detractione opaberis vt in exēplo a latere.

Caput 35. De fractis mixtis cum ſurdis.

1 CVm volueris ducere ℞.ſimplicē aut ligatam aut.D.aut.V.in fractionem aliq̃ tunc quadra denominatorē & eū cōſtitue ꝓ multiplicatore in diuiſione & ꝓ diuiſore in multiplicatiōe deinde quadra numeratorem & multiplica in quadratū ℞.pro multiplicatione aut diuide ꝓ diuiſione deinde ꝓuentū multiplica aut diuide p id ꝙ ſeruaſti & ℞. ꝓuentus eſt adueniens.Exemplū volo diuidere ℞.L.9.p̄.℞.4. per $\frac{3}{4}$ quadrabo 4.fit 16.quadrabo 3.fit 9.quadrabo ℞.L.9.p̄.℞.4.fit 13.p̄.℞.144.diuido p 9.exeunt 1 $\frac{4}{9}$ p̄.℞.1 $\frac{7}{9}$ multiplico p 16. fiunt 23. $\frac{1}{9}$ p̄.℞.455.$\frac{1}{9}$ igitur ℞.

$\frac{3}{4}$ $\frac{℞.L.9.p̄.℞.4.}{9.}$

16

V.23 $\frac{1}{9}$ p̄.℞.455.$\frac{1}{9}$ eſt ꝓuentus talis diuiſiōis nã diuidendo ℞L.9.p̄.℞.4.& eſt 5.p $\frac{3}{4}$ exeūt 6 $\frac{2}{3}$ ℞.aūt 455 $\frac{1}{9}$ ē 21 $\frac{1}{3}$ addita ad 23 $\frac{1}{9}$ fit 44 $\frac{4}{9}$ cuius ℞.eſt 6 $\frac{2}{3}$ q̃re patet veritas.

2 Exemplū multiplicationis:quadrata ℞L.vt prius & fra

ctione vt fiāt 16. & 9. fac ecōuerso precise vt in diuisione fecisti ducito 9. in 13. p̄. 144. p modū ℞. V. vt prius fiunt 117. p̄. ℞. 11664. diuide hāc p 16. & exit $7\frac{5}{16}$ p̄. ℞. $45\frac{9}{16}$ & ℞. V. $7\frac{5}{16}$ p̄. ℞. $45\frac{9}{16}$ & est $3\frac{3}{4}$ est q̄situʒ accipe. n. radicē $45\frac{9}{16}$ & est $6\frac{3}{4}$ adde ad $7\frac{5}{16}$ fiunt $14\frac{1}{16}$ cuius ℞. est $3\frac{3}{4}$.

3 Et si in diuisore vel muliplicatore sint integri reducas ad fractiones deinde operaberis vt supra exemplū volo diuidere ℞ 7. p $3.\frac{2}{3}$ reduco $3\frac{2}{3}$ ad $\frac{1}{3}$ fiunt $\frac{11}{3}$ quadra 11. fit 121. quadra 3. fit 9. diuido 7. per 121. exeūt $\frac{7}{121}$ multiplico per 9. fiunt $\frac{63}{121}$ & ℞. $\frac{63}{121}$ est prouentus talis diuisionis.

4 Pro agregatione & detractione taliū habes tres modos agregādi primus est p p̄. vt iungā $\frac{2}{3}$ cū ℞. 7. dicā ℞. 7. p̄. $\frac{2}{3}$. alius modus est p viā incructiaionis vt si $\frac{1}{2}$ ℞. 36. cum $\frac{1}{3}$ ℞. 36. iiūgere velis quadra omnia fiēt $\frac{1}{4}$ de 36. & $\frac{1}{9}$ de 36. deinde multiplica in crucem fiunt 4. & 9. igitur ℞. 9. p̄. ℞. 4. est talis additio tertius modus ē modus iungendi denominationes p modum ℞. V. dictuʒ supra quare.

$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{3}$
℞. 36.	℞. 36.
$\frac{1}{4}$ X	$\frac{1}{9}$
36	36
4	9

5 In extractione aūt radicū in talibus scias q̄ si vtrūq; extremū habet ℞. tunc potes habere in denominatiōibus veluti 1 ce. p̄. 2 co. p̄. $\frac{1}{4}$ habet ℞. vel p̄t habere primo intuitu qa 1 & $\frac{1}{4}$ habēt ℞. Et ē idē in surdis

¶ Caput 36. De surdis & denominationibus.



Diūctio fit p p̄. diminutio p m̄. numeratio p propria & distincta nomina, multiplicatio per reductionem surdorū, ad sua quadrata vtendo denominatis tanq̄ numeris: & ꝓductū est denominatio illa vel quadratū eius secūdū q̄ oportet. in diuisione operare p recisa, si vero diuisor sit denominatio fiunt esi mi, siue p suppositionē. Radicū extractio p hoc nomen radix. ꝓgressio vniuersalis nō dat̄, particulares autem ex suis regulis, æquationibus, & positionibus, deducunt̄ ex

algebra p capitula sequētia, exemplū multiplicatiōis ℞. 3. in 4. ce. p̄. 5. co. quadra ℞. 3. fit 3. quadra 4. ce. p̄. 5. co. fiunt 16. ce. ce. p̄. 25. ce. & ℞. D. eorū ducta in 3. vel vniuersalis facit Radicē dictā: sit igit' sensus in distincta sic, 3. In 16. ce. ce. p̄. 25. ce. facit 48. ce. ce. p̄. 75. ce. quorum radices sunt illud q̄ pducit' ex radice 3. in 4. ce. p̄. 5. co. q̄ si velis reducere ad radicē vniuersalē, deduc in prima multiplicatione, 4 ce. in 5. co. in crucem fient 16. ce. ce. p̄. 40. cu. p̄. 25. ce. multiplica in 3. fiet igit' ℞. V. L. 48. ce. ce. p̄. 120. cu. p̄. 75. ce. productum illud, & hoc est idē radici distincte 48. ce. ce. p̄. ℞. 75. ce. ideo operaberis caute vt secundū eundem modū sumas radicem p quē es opatus.

Caput 37. De operationibus proportionum.

1 PRoportio est duarum quantitatum eiusdem generis inuicem certa ratio vt dixit euclides: ē autem duplex æqualitatis q̄ simplex, & inuariabilis semp est veluti 5. ad 5. & diametri ad diametrum: inequalitatis duo sunt genera, rōnale, & irrationale, dicit' autē pportio rōnalis, q̄ numeris designari pōt: vt 7. ad 5. at irrationalis q̄ nō pōt: vt diametri ad costā: irrationalis autem sunt duo genera: maioris, & minoris, maioris vt diametri ad costā, minoris econuerso. sunt autem linee de qbus loqtur. euclides 6. binomia, & totidem residua, duo binnedialia, & duo residua, linea maior, & minor, potens in rōnale & mediale, & potens in duo medialia, cum suis residuis, quare erunt 22. & medialis, & irrationalis in potentia, & irrationalis in actu tātum, & rōnalis, quare oēs erunt 26. linee, de qbus in decimo elementorū scriptum est, deinde linea diuisa secundum pportionem habentem medium & duo extrema, igit' cū sint 27. linee, que comparant' secundum proportionem irrationale erunt 26. proportiones secundum progressionem ab vna incipientes, quare p primam regulā

27. capituli,

27. capituli, erunt proportiones irrationales 351. & totidem conuerse, quare omnes sunt 702.

2 Rõnalium vero inequalium duo sunt genera maius, & minus maius vt 8. ad 4. minus ecõtra vt 4. ad 8. maioris aũt species sunt qnq;, tres simplices & due cõposite, minoris totidẽ eis opposite, sunt igit' maioris simplices multiplex vt 12. ad 4. supparticularis vt 12. ad 9. suppartiens vt 7. ad 5. his iungunt' multiplex superparticularis vt 14. ad 4. & multiplex suppatiẽs vt 14. ad 3. his opponunt' species minoris inequalitatis vt submultiplex que ẽ 4. ad 12. multiplici, & subparticularis vt 9. ad 12. & sub partiens vt 5. ad 7. & ita in omnib⁹ dr̃ multiplex cũ terminus terminum multotiẽs cõtinet & nihil vltra: supparticularis cũ portionẽ vnã q̃ est pars quota cõtenti, veluti 12. cõtinet 9. & 3. q est tertia pars de 9. & suppatiẽs cũ cõtinet partes q̃ nõ est quota, vt 7. cõtinet. 5. & 2. vltra q non sunt pars ꝓportionalis de 5. per idẽ intellige reliquos duos modos cum quinq; conuersis veluti superpartiens multiplex, est cum totum cõtinet partem multotiens, & vltra partem non quotam: veluti 14. continet 3. quater, & vltra hoc 2. qui non sunt pars quota de 3.

3 Numeratio aũt in talibus fit queadmodũ in fractis supponendo numerum numero veluti tripla est vt 3. ad 1. & ideo sic scribitur $\frac{3}{1}$: & ita subtripla econuerso, veluti 1. ad 3: sic $\frac{1}{3}$: & ita sexquialtera, vt 3. ad 2. sic $\frac{3}{2}$, subsexquialtera vt 2. ad 3. sic $\frac{2}{3}$: exhis ꝓ operationibus nota qnq; regulas.

4 Prima regula ĩ qnq; operatiõibus q̃ sunt numeratio, ꝯmultiplicatio, diuisio, ꝓgressio, & radicũ extractio, tã in rõnalibus quã irrationalibus: operatio fit queadmodũ in fractis, vnde numeratio fiet sic $\frac{1}{1}\ \frac{2}{1}\ \frac{3}{1}\ \frac{4}{1}$ siue: æqualitatis, dupla, tripla quadrupla, & sic deinceps: multiplicatio quadruple in quintuplã sic $\frac{4}{1}\ \frac{5}{1}\ \frac{20}{1}$. & ita in reliquis, per modum fractorum.

5 Regula ſecũda in additione, & ſubtractione, diuerſifica ti ſunt auctores, nã cãpanus, & frater Lucas, credũt additi onẽ eſſe multiplicationẽ, & diminutionẽ diuiſionẽ, credũtqꝫ euclidẽ hoc voluiſſe, maxime cũ dixit ꝙ omnium ſupficierũ ſimiliũ, proportio vnius ad alterã, eſt cõpoſita ex ꝓportiõe laterũ ſiue duplicata vnde in textu græco In vigeſima ſexti diplaſiona poſuit. Alexãder aũt achilinus & volũnius, & alii, volũt eſſe rẽ diſtinctã, vterqꝫ verũ dicit, nã cũ comparate fuerint ꝓportiones tm̃, ita vt cadat terminus in medio, tunc cõpoſitio nõ eſt niſi multiplicatio, cũ vero termini ꝓportionis ad terminũ cõparantur fit additio exẽplum. ſi proportio a ad b & b ad c inuicẽ cõponunt᷑ tunc talis cõpoſitio nõ eſt niſi multiplicatio, & fit ꝓportio quadrupla, ſed ſi a & b vterqꝫ ad c cõparetur tunc fit additio & cõſurgit ꝓportio ſeptupla, & hoc ẽ ꝙ cõſequit᷑ in rebus naturalibus: nã ſi aliqs moueat nauim a ꝓportione tripla perſe, & ſupueniat tali mouenti alius motor q pſe moueret nauim in quadrupla ꝓportione, tunc ambo iuncti nõ in quadrupla cũ iã perſe ita moueat ſed in ſeptupla mouebũt proportione, cũ igit᷑ talis modus ſit in re, modũ inuenire oportet in cõputatione correſpõdentẽ, & hic eſt pᷓciſe additio vel diminutio fractorũ, de qbus in ſupioribus, vnde ſi volo addere quadruplã triple ſic cõſtituo, $\frac{4}{1} X \frac{3}{1} \mid \frac{7}{1}$: In diminurione $\frac{4}{1}\ \frac{7}{1} \mid \frac{3}{1}$.

a.	b.	c.
4.	3.	1.

Cauſa erroris eſt ꝙ euclides, & alchindus In propoſito non aſſumunt duas ꝓportiones, ſed tantũ vnã continentem duas in virtute duorum terminorũ illi vero aſſumũt tres terminos & ita duas ꝓportiones, vnde ſup illo dicebat alchindus omnis extremorum proportio dicit᷑ compoſita ex omnibus intermediis, intelligit cõpoſitionẽ q̃ eſt multiplicatio. euclides, aũt duplicatã & triplicatã dixit vnde correctius locutus eſt, ſed de his nimis.

6 Regula tertia omnis proportio marioris inequalitatis ducta in suā cōuersam producit ꝑportionē æqualitatis igit̄ diuisa ꝑportiōe æqualitatis, exit semꝑ cōuersa, vt diuisa ꝑportiōe æqualitatis ꝑ sexqtertiā, exit subsexqtertia.

7 Regula q̄rta cū volueris inuenire aliqd in numeris surdis vel denominatis, vel ꝑportionibus, aut operationē aliq̄, operare illud in integris cognitis, & faciliter videbis veritatē exēplū, volo adiūgere ꝑportionē habētē medium & duo extrema ꝑportioni habenti mediū & duo extrema, capio $\frac{3}{1}$ & $\frac{4}{1}$ iungo & video q̄ iungunt̄ ꝑ multiplicationē cruciatā, & totū ponit̄ ꝑ numeratore, deinde duco inuicē denominatores & quod fit est denominator, vt hic $\frac{4}{1}$X$\frac{3}{1}$ fit $\frac{7}{1}$ cōstituo igit̄ duas tales ꝑportiōes vt dixi & sint vt vides duco igitur per precepta capituli 17. & fiet productum vt infra.

℞.5.m̄.1.	℞.5.m̄.1.
3.m̄.℞.5.	3.m̄.℞.5.

8 Regula q̄nta cū in operationibus requirit̄ operatio vel plures superflue, tūc tm̄ regrediaris in æquatione quātū ꝑcessisti, veluti volo ducere ℞℞.7. in radicē ℞.5. reduco ad integra, ducēdo bis radicē, & fit in operatione 35. igitur bis etiā addenda est radix fiet igitur ℞℞.35.

℞.320.m̄.16 additio
14.m̄.℞.180.
Multiplicatio
6.m̄.℞.20.
14.m̄.℞.180.

9 In arithmetica aūt ꝑportiōe nā de geometica tm̄ locuti sumus, solū id cōfert scire q̄ ipsa capit̄ penes excessum, & ē triplex æqualitatis vt 5. ad 5. maioris inequalitatis vt 5. ad 3. minoris ecōuerso vt 3. ad 5. est etiam irrōnalis sed hec rara est, & difficilis operationis, exēplū tn̄ est, vt 5. inter 5.m̄.℞.3. & 5.p̄.℞.3. & ita attendit̄ penes excessum, vnde 3.7.11. sunt in cōtinua ꝑportione aritmetica, sed de his nō ꝑtinet hic ꝑtractare sed alibi loco suo, nā hic operationes 7. tm̄ in subiectis arithmetice declarantur. inue

nitur autez in his maxime in geometrica similitudo proportionum, que proportionalitas appellatur veluti $\frac{4}{2}$ $\frac{6}{3}$. Est & tertiũ genus ꝓportionalitatis musice siue proportionis & ipsa nõ inueniť nisi in tribus terminis vt 6.3.2. & 6.4.3. nã qualis est ꝓportio extremi ad extremũ veluti 6. ad 3. talis est excessus primi supra secundum & est 2. ad 1. vtrinq; dupla inuentio illius habeť sex regulis.

10 Regula pma cũ fuerit termini extremi, cogniti, subtrae minorẽ a maiore & residuũ diuide p 1. plus ꝓportione ꝙ exit est terminus medius, volo inter 20. & 5. cõstituere mediũ in ꝓportione quadrupla musica, subtrao 5. de 20. fit 15. diuido p 1. plus quadrupla ꝙ est 5. exit 3. addo ad 5. fit 8. terminus medius in ꝓportione quadrupla. Et ideo dicemus ꝙ inter duo extrema nõ cadit alia ꝓportio musica quã illa q̃ est sine medio etiã veluti inter 20. & 5. nõ cadit nisi vna proportio musica & est quadrupla: cuius terminus medius est 8.

11 Et ex hoc in quacũq; ꝓportione habebimus minimos integros, & est excẽplũ vt in septupla semp adde 1. & fit 8. ꝙ si additio fit par vt hic diuide p æqualia & exiẽs videlicet 4. est terminus minor, duc in ꝓportionẽ fit 28. terminus maior, igiť p primã regulã medius est 7. sunt igiť minimi 28.7.4. ꝙ si numerus proportionis cum additione vnitatis est impar, vt in sexcupla fit 7. ducas proportionem in ipsuz, & fiet terminus maior 42. & minor ipse numerus 7. quare per primam regulam medius 12.

12 Quod si maiore & medio cognitis velis minorẽ terminũ venari: si ꝓportio data est, sufficit maiorẽ terminum p ꝓportionẽ diuidere, ꝙ fit est terminus minor, vt datis 42. & 12. in inueniẽda sexcupla diuide 42. p 6. exit 7. terminus minor, si autẽ sit ignota ꝓportio deme mediũ de maiori, vt hic fit 30. & pone differẽtiã medii termini a minore 100, igiť medius terminus est 12. minue 100. de 12.

fit 12.m̄.1.co.ꝑ minore termino:cū igit̄ sit ꝓportio toti
us ad minorē veluti residui ad differētiā igit̄ ducta diffe
rētia minore,& est 1 co. in terminū maiorē q est 42. fiēt
42 co. æquales ꝓductioni differētie maioris in terminū
minorē, fuit differētia maior 30. ducta in terminū mino-
rē fit 360. m̄. 30 co. adde ad 42 co. qa minus ē fiēt 72 co.
æquales 360. igit̄ ipsa co. ē 5. detrae eā a 12. erit minor ter
minus 7. vel aliter 30. est $\frac{5}{7}$ de 42. igit̄ diuide 12. in duas
partes quarū vna se habeat ad aliā vt 7. ad 5. adde mino
rē maiori ꝑ dicta sup tertiam sexti euclidis fiet vt 12. ad
7. igit̄ minor terminus ē 7. & est ꝓpria ratio, vel aliter &
facilius adde differētiā ad terminū maiorem fit 72. duc
12. in terminum maiorem fit 504. diuide per 72. exit 7.
13 Et ex hoc habitis inferioribus terminis. habebis termi-
nū maiorē, cū ꝓportione hoc modo subtrae minorē de
medio, & cū residuo multiplica terminū mediū, ꝙ fit di
uide per differētiā termini minoris & differētie minoris
ꝙ exit adde termino medio, & cōflabit̄ maior. exēplū ꝓ
ponunt̄ 6. & 11. termini volo maiorē terminū & ꝓportio
nē: deduco 6. ex 11. fit 5. duco in 11. & detrao ex 6. fit 55.
& 1. diuido 55. per 1. exit 55. iterum: quē addo maiori ter
mino fit 66. proportio vndecupla.
Et nota ꝙ ꝓportio arithmetica procedit augendo & ser
uat̄ in terminis proportionalibus, Exēplū volo cōtinua-
re proportionē triplā in quinq; terminis, minimi ꝑ secun
dam regulā sunt 2.3.6. duc igit̄ per proportionē vtrūq;
maiorem fient 9. & 18. igitur 2.3.6.9.18. erunt proportio-
nales in proportione tripla, & ita continuabis in infinitū
augendo sed decrescendo non.
Causa huius ꝓportionis est ꝙ oportet cōplicare duas ꝓ
portiones multiplices semp, & diuersorum generū inter
terminū maiorē & mediū, & etiā inter maiorē & mino-
rē, qa terminus maior est grauioris vocis, & ideo cū illo

oportet acutiores oēs cōcordare, & oportet talē cōcordā tiā esse diuersam, aliter nimis cogerent elongari extre ma vnde nō sufficerēt humane voces & instrumēta ma xima efficere oporteret, tertio etiam tanta differentia va cuitatem harmonie afferret quare &c.

14 Des mihi 6. numeros in cōtinua ꝓportionalitate harmo nica tunc tu scis ꝙ qlibet numerus, ꝑ quot diuiditur nu meros cōtinua ꝓportionalitate arithmetica diffe rentes, tot alios exeūtes in musica cōtinua ꝓportionalitate pro ducit: accipio igit̄ quos volo in arithmetica ꝓportione cōtinue ꝓportionales vt pote 2.5.8.11.14.17. & quero nu meratū ab illis, & sit 52360. minimus: q̄ q̄ hoc nō reffert est. n. in omnibus verum: diuido igit̄ ipsum ꝑ predictos numeros, exeūt 26180 & 10472. & 6545. & 4760. & 3740. & 3080: hi igitur sunt omnes in continua harmonica ꝓ portionalitate: ꝓbatio est ex capitulo suo nā tantū facit 26180. In 3927. quātum 15708. in 6545. & ita de reliquis.

15 Reducas oēs cōsonātias ad supparticularē, aut ad mul tiplicē: tu scis ꝙ octaua dicit̄ diapason, & ē dupla: & con stat 8. vocibus 7. inter vallis, e qbus 2. sunt semitonia, & 5. toni: cū autē trāscendis 8. voces redeūt ad idē excepta differētia duple: ita ꝙ nona est quasi, secūda & decima ē quasi tertia & vndecima ē diatessaron, & duodecima est diapēte, & quintadecima q̄ est bisdiapason, est quasi dia pason, vnde reductis primis 8. vocibus habet̄ regula de omnibus vsq; in infinitū, ex his est primo tonus q est vt 9. ad 8, veluti & diapason, est veluti 4. ad 2. & est inter val lū 8. vocū, & qa ꝓportio 4. ad 2. componit̄ ex ꝓportione 4. ad 3. & 3. ad 2. erit sexquitertia diatessaron constans ex duobus tonis & semitonio minore: non tn̄ pfecte nā 64. 72. 81. sunt duo toni, ad cōplendū sexquitertiā deest 4 $\frac{1}{3}$. nā 85 $\frac{1}{3}$ est in sexqtertia ad 64. igit̄ semitoniū minus ē in veritate vt 256. ad 243. qa ē eadē vt 85 $\frac{1}{3}$. ad 81. & similiter

diapēte erit vt 768. ad 512. adde tres tonos ad 512. fiēt 512 576. 648. 729. igitur remanebit semitoniū minus, vt 256. ad 243. nā hi eadē ē 768. ad 729. sʒ si sexqoctuagesimāprimāad ꝓportionē 256. ad 243. addideris, detractis 3. a 243 fiūt 240. quare cōsurget semitonium minus vt 16/15. & erit sexquiquintadecima quare maius fiet vt 135. ad 128. nam 128. ad 120. vt 16. ad 15. & 135. ad 120. vt 9. ad 8. quare 135. ad 128. est semitoniū maius: & qa maior est 128. ad 120. q̄ 135. ad 128. cōstat p participationē semitoniū min⁹ euadere maius, cū aūt ditonus sit vt 81. ad 64. sublata seqoctuagesimaprima fiet vt 80. ad 64. q̄re vt 5. ad 4. & hec ē tertia maior, quare sexta minor erit vt 8. ad 5. qa cōplent diapason: & qa addito tono ad 16/15 fit 18/15: & ita erit tertia minor cum participatione, proportio 6. ad 5. quare sexta maior erit vt 5. ad 3. nam ambe complent diapason constāt igitur per additionem vel deductionem sexquioctogesime omnes consonantie in minimis proportionibus.

Tonus:	Semitonium: minus:	Semitonium maius:
9/8	16/15	135/128

Ditonus vel tertia maior.	Ditonus vel tertia minor.
5/4	6/5

Diatessaron:	Diapente:	Sexta maior:	Sexta minor.
4/3	3/2	5/3	8/5

Septima.
16/9

Horū inuentor fuit Ptolomeus in sua musica, hec in organis vocat̄ participatio, du lcē redēs cōcentum nā sine ea duriores & asperiores voces euadūt: canēdo aūt fit p depressionē vocis mi: vnde p̄terq̄ in diatessaron, & diapēte, & diapason, semp debet p sexquioctogesimā deprimi diesim vocant in voce hanc musici. At in tritono nulla pōt diesis emēdare duritiē: cū constet inter 64. & 91. 1/3 at 91 1/3 distat a 96. q facit sexqalterā, & ab 85 1/3 q facit sexq-

tertiã cũ 64. tñ vt nõ possit euadere in cõsonãtiã, Vnde manifestũ est non esse impossibile aere leuiter nubiloso, melodiã & cõcẽtũ tanquã canẽtiũ audiri, vbi leuia toni-trua simul p ꝓportionẽ 6.4.3.2. eadẽ vi & numero ꝑmix ta fuerint, articulatã aũt vocẽ, naturaliter ẽ impossibile: cũ aũt talia audient' ꝑmutationis seculi erunt inditia: at cõsonãtie sine participatione in organis antiquis adhuc manẽt, nec numeris nisi magnis possunt designari, con-stat aũt septimã valde fore dissonam, quoniam a suppar ticulari valde remota est hãc sequitur sexta que maiorẽ admitit cõsonantiã, qm̃ tertia residua supparticularis est.

❡ Caput 38. De multiplicationibus & diuisionibus astronomicis.



Vm volueris operari in cõputationibus astro-nomicis, sunt tres modi, vnus absolutus, secun dus ex tabula tabularuȝ ad omnes calculatio nes in seruiens tertius per tabulas sinuum.

1 Et circa hoc nota ꝙ totus circulus cœli diuidit' in par-tes 360. aliqui vocant gradus, cum igit' dederis vni signo (Phisicũ vocãt ad differẽtiã animaliũ) gradus 60. erunt sex signa in toto circulo. Et quodlibet illorũ cõtinet gra dus siue partes 60. & q̃libet pars minuta 60. vel prima, & quodlibet minutum siue primum, continet secunda 60. & secundum continet tertia 60. & ita vsq; ad decima vt quidam operantur & ordo talis est.

Signa gradus minuta secunda tertia &cæ.

2 Si igit' opatio est tabularis nota ꝙ signa multiplicata au gent denominationem veluti si ducuntur in quarta fiũt tertia & si in tertia producunt secunda & si in minuta ꝑ ducunt gradus siue partes.

Gradus vero ducti manutenẽt denominationem eius in ꝙ multiplicant', veluti gradus in secunda fatiũt tot secũ

da & in prima fatiunt prima vel minuta: & ita de reliqs. Minuta autem minuunt denominationem post ponētes ad sequentem vt in minuta ducta producant tot secūda & in secunda tot tertia & ita de reliquis.

3 Cū igit᷑ volueris multiplicare incipe a sinistra ducendo vnū in singulū supiorū vsq; in finē, deinde agrega & proiice 60. & ē exēplū infra & nota q̄ signa in signa producunt numerū cuius decuplū sunt circulationes: veluti hic 4. signa in 3. producunt 12. igitur circulationes integras 120. sed raro cadunt in vsum.

Sig.	Gra.	Min.	Sec.	Ter.	Quar.	Quin.	Sex.	Sept.
3.	17.	19.	14.	50.				
4.	15.	47.	27.	12.	40.			
68	76	56	200	750	2350	1350	600	2000
45	255	285	210	658	378	168	560	
	141	799	893	513	228	760		
		81	459	204	680			
			36	120				
1	11	51	36	26	14	17	53	20

Et ita etiam in hac multiplicatione supersunt signa 120. q̄ sunt circulationes 20. supersunt igitur vltra summam positam circulationes 140. quibus non vtimur nisi raro.

4 Est & alius modus cōpetēs ēt diuisioni, & ē vt reducant᷑ omnia ad minimā denominationē, deinde multiplicent᷑ inuicē, & nnmerus ꝓductus est numerus denominationis vltime ꝓducēde: veluti volo multiplicare Sig. 3. Gra. 17. Min. 15. in Sig. 4. Gra. 28. Min. 15. Secū. 23. igit᷑ vltime denominationes sunt Min. & Secū. q̄ inuicē ꝓducūt tertia resoluo igit᷑ Sig. 3. Gra. 17. Min. 15. in minuta & Sig. 4. Gra. 28. Min. 15. Secū. 23. in secunda deinde duco inuicē & ꝓducunt᷑ tot tertia diuido autē ea p 60. & residuum sunt tertia q̄ vero exit Secū. diuido hec p 60. q̄ exit sunt

minuta residuũ sunt Secũ. diuido minuta excũtia p 60 ꝙ exit sunt Gra. & residuũ minuta: diuido gradus per 60. & ꝙ exit sunt signa, residuũ sunt gradus: diuido Signa p 6. tm̃ ꝙ exit sunt circulationes, & residuum sunt Signa: & pro hac diuisione p 60. bonum est a diuidendo abiicere litterã primã & reliquũ diuidere per 6. & hoc est generale in omnibus diuisoribus qui sunt cum nullis: memento autem quod illud quod abiecisti est addendum superfluis decennis & in exemplo sint.

	Residuum		Tertia.
Diuisor 60.	Ter.	17.	47945608374265 | 7
	secũ.	4.	799093472904 | 4
	Min.	24.	13318224548 | 4
	Gra.	11.	221970409 | 1
	sig.	4.	36995068
	Circulatiões.		6165844
			6165844

Supersunt igitur vltra circulationes 6165844. etiam vltra Sig. 4. Gra. 11. Min. 24. Secũ. 4. Ter. 17.

5 Primo autẽ mõ diuisio nõ cõuenit huic autẽ cõuenit reducas igit' diuisorem & diuidẽdum in suas minimas denominationes, & quod exit est numerus similis denominationi diuise, si diuisor sit gradus: si vero minuta vno plus si Secun. duo plus si ter. tria plus & sic de singulis. Exẽplũ diuisi quarta. 47954. per tertia. 2527. Exeunt 18. & supersunt. 2468. dico igit' qa diuisor fuit in ordine tertiorũ & est tertia denominatio a gradu, ꝙ recedet a sua denominatione p auctionẽ triũ, igit' cũ diuisus fuerit in ordine qnartorũ fiet in ordine minutorũ: erũt igit' minuta 18. & $\frac{2468}{2527}$ vnius minuti, ꝓbatio ẽ ꝙ ducta. 2527. tertia in minuta 18, cũ $\frac{2468}{2527}$ vnius minuti, ꝓducũt q̃rta 47954.

6 Et pro hoc ponitur ordo denominationum diuisoris:
Gradus. Minuta. Secūda. Tertia. Quarta. Quinta.
Aequat. Augēt. 1. Augēt. 2. Augēt. 3. Augēt. 4. Augēt. 5.
Signa autē minuūt. 1. & circulationes minuūt etiā, si igitur pficit aliquid Min. 37. Secū. 24. in sex circulationibus tu scis quod sex circulationes sunt 36. Signa diuide Min. 37. Secū. 24. per 36. signa exeunt per regulā Min. 0 Secū. 1. Ter. 2. Quar. 20.

7 Operatio autē radicū pcedit vt in reliqs & hic modus est generalis sup almagestū, & oēs tabulas, & operat' siue tabulis: & caret errore: semper autez statuas gradus siue partes pro medio qa nō augent nec minuunt, fractiones autem tantum minuunt in multiplicatione, q̄tum distant a gradu, & tantū augēt in diuisione denominationem diuisi, signa autem econtra minuunt in diuisione vnā denominationē, & augēt in multiplicatiōe tātundē.

8 His visis ad modū tabularū deuenio q̄ sunt cum tabulis Alphonsi, & cū tabulis primi mobilis, & Iohanes de blāchinis nominat eas, & credo q͏ inuenerit in fine Canonū suorū, & vsus earū ad multiplicādū est valde bonus, in diuisione aūt tediosus volo igit' vt in multiplicatione queras numerū primū a sinistra & hoc in fronte tabule, & primū multiplicatoris in latere sinistro, q͏ occurrit in area comuni est q͏ puenit sub denominatione dicta superius. qm̄ gradus in gradus fatiūt gradus, & in minuta minuta, & ego ponā tabulā breuē super hoc: deinde illo remanēte in superiore parte tabule, quære a latere alterā denominationē & q͏ occurit in comuni area pone de inde quære aliā sub eodē, & ita deinceps: post quære etiā secūdū numerū multiplicādi in frōte tabule, & oēs sigillatim multiplicatoris in latere, deinde agrego proiiciendo vt in primo mō & ē exēplū: volo multiplicare Gra. 13. Min. 44. Secū. 10. Ter. 33. p Secū. 45. Ter. 30. fatio vt in

Figura duco secū.45. In oēs Figuras superiores queren

	Gra.	Min.	secū.	Ter.	Quar.	Quin.	sex.
do produ							
ctū in are							
a comuni	13	44	10	33			
sub 45.se			45	30			
cun. & in		9	45				
uenio in			33	0			
directo 13				7	30		
Min. 9.se			6	30	24	45	
cun. 45.				22	0		
& in dire					5	0	
cto Min.						16	30
44.secū.		10	25	0	0	1	30

33.Ter.o. & ita dereliquis. & tandem fit summa Min. 10. secū. 25.Ter.o.Quar.o.Quin.1.sex.30.

9 Exemplum diuisionis volo diuidere Min.10. secun. 25. per secun.45.Ter.30.quero igitur sub diuisore 45.propinquius diuidendo qui fuit 10.Min.25. secun.in area & inuenio 9 . 45 . duco 13 . quod est e latere in 45.30. & exit Gra.o Min 9.secun.51. Ter.30. per regulam precedentem , deduco. ex minutis 10 . Secun . 25 . supersunt Secun.33.Ter.30.quero proximo minorem qui est 33.o sub diuisore 45.in cuius directo inuenio Min.44.deduco 44.in 45.30.& fiunt33,22.demo ex 33.30.remanent Ter.8.quæro ꝓximius in area sub 45.& inuenio 7.30.in directo 10.duco 30.in 10.fit 5.addo ad 7.30. fit 7.35.deduco ex 8.fit 25.quar.quæro proximius sub 45 .& inuenio 24.45in directo 33.duco 33.in 30.exeūt quin. 16 .Sex. 30.addo ad 24.45.fiunt 25.Quar.1.Quin.30.Sex. Et ita hoc differt insensibiliter a Min.10.Secū.25. cū prioribus additū,& scias ꝙ nō tm̄ vtimur in calculationibus,diuisione sed frequēter multiplicatione,nec ꝑcisio in his q̄rit sed valde propinquū,vt non differat a q̄sito sensibiliter.

10 Et nūc ponā tabulā multiplicationū. ex qua etiam qd in diuisione proueniat non erit difficile intelligere, ponam igitur primū numerū tabule deinde secundum quid sit.

Clara ē igit̃ multiplicationis regula, si igit̃ diuidant̃ Min. Secū. p Gra. exibunt Secū. & si diuidant̃ Min. secū. p secū. exibūt Gra. & si Quin. & sex. diuidant̃ p Ter. exibūt Ter. & si per Quin. exibūt Min. & si per 6. exibūt Gra. & ita de reliqs pportionaliter plongaui autē sermonē in hac tabula propter vtilitatem & frequentiam vsus eius.

Gra. in Gra.	Sig.	Gra.
Gra. in Min.	Gra.	Min.
Gra. in Secū.	Min.	Secū.
Gra. in Ter.	Secū.	Ter.
Gra. in Quar.	Ter.	Quar.
Gra. in Quin.	Quar.	Quin.
Gra. in Sex.	Quin.	Sex.
Gra in Sept.	Sex.	Sept.
Min. in Min.	Min.	Secū.
Min. in Secū.	Secū.	Ter.
Min. in Ter.	Ter.	Quar.
Min. in Quar.	Quar.	Quin.
Min. in Quin.	Quin.	Sex.
Min. in Sex.	Sex.	Sept.
Min. in Sept.	Sept.	Octaua
Secū. in Secū.	Ter.	Quarta
Secū. in Ter.	Quar.	Quinta
Secū. in Quar.	Quin.	Sex.
Secū. ī Quin.	Sex.	Sept.
Secū. in Sex.	Sept.	Octaua
Secū. in Sept.	Octa.	Nona
Ter. in Ter.	Quin.	Sex.
Ter. in Quar.	Sex.	sept.
Ter. in Quin.	Sep.	Octaua
Ter. in Sex.	Octa.	Nona
Ter. in Sept.	Nona	Decima
Quar. in Qar.	Sept.	Octaua
Quar. in Quin.	Octaua	Nona
Quar. in Sex.	Nona.	Decima

11 Tertius modus multiplicādi plinus ē

talis,cũ .n. co	Quar.in Sept.	Decima	Vndecima
gnitio arcuũ	Quĩ.in Quin.	Nona	Decima
ſit p cordam	Quin.in Sex.	Decima	Vndecima
dupli cuius di	Quin. in Sept.	Vndecima	Duodec.
midiũ ẽ ſinus	Sex. in Sex.	Vndecima	Duodec.
vt habetur a	Sex. in Sept.	Duodec.	Terciadec.
Ptolomeo in	Sept. in Sept.	Terciadec.	Quartadec.
prima & ſecũ			

da dictione magne cõpoſitionis, & ab heber, & aliis,& operatio talis vt demõſtrauimus p Gra.Min.secũ.redde ret́ tedioſa,reduxit Iohanes de mõte regio ſinũ Gra.60. ad 60000.& ita vnus gradus cõtinet 1000.partes,que di uiſe p 60.exeũt 17.ferme,igit́ cũ diuidunt́ gradus exit Min.0 secũ.3.Ter.36.igit́ vni minuto reſpondẽt secũ.0 Ter.3.Quar.36.q̃ etiã ducta p gradus nullam poſſunt ad ducere differẽtiã ſenſibilẽ,neq; in arcu cuius gradus ſu periuſ,minuta a latere tabule deſcribunt́ nec in ſinu cu ius partes in area ponunt́:ꝙ igit́ laborioſiſſimũ erat du cere exẽpli gratia ſinũ 27.Gra.37.Min.in ſinũ 24.Gra. 17.Min.& diuidere p ſinũ 45.Gra.14.Min.nõ habes ni ſi ducere 27813.in 24674.fit 686257962 . diuidẽdum per 42598.ſinũ Gra.45.Min.14.exibũt 16110. $\frac{4152}{42598}$ cuius ar cus ẽ Gra.15.Min.34.nã ei reſpõdẽt 16101. proxime mi nor eo q p diuiſionẽ ꝑuenit vides quãta facilitate abre uiate,ſunt operatiões tedioſe admodũ almageſti , Idem & exquiſite faties p tabulã in qua ſupponit́ ſinus totus 100000.partiũ:vnus.n.gradus diuidit́ in 1667. fere par tes cũ igit́ diuiſeris 216000.tertia q̃ cõtinet vnus gradus exibũt secũ.2.Ter.9.fere.Hic igit́ modus magnã addu cit facilitatẽ ſine errore ſenſibili,& potes deducere hanc tabulã ex tabula Ptolomei,& ẽ vt ducas in tabula mõte regii dimidiũ corde arcus Ptolomei.in 1000. hoc mõ ex emplũ ſit arcus 10.partiũ cuius corda ẽ Gra.10.Min.27

secū.32.duc in 1000.fiūt ꝑ dimidio 5000.13000.46000.
diuide 46000.p 60.exeūt 766.adde ad 13000.fiūt 13766.
diuide per 60.& quod exit est 229.addenda ad 5000.fit
igitur sinus 5.graduum 5229.vt etiam a monte regio.
Patet igit' qualiter ex additione triū annulationū induc̄ta ē maxima facilitas in operatiouibus,aut ex cōuersione diuersarū naturarū ad vnā, & eandem fractionem.

12 Vsus est etiā alio facilitatis genere vt in tabula cœli mediationū generali,ac declinationū generali,& secūda,vt numeros ita disposuerit veluti 100000 partibus constet sinus totus cū igit' in sinū tabule 60000.partiū aliquem ex numeris illarū tabularū deduxeris, diuiserisq; p sinū totū:q̄ exit est in rōne sinus partiū 60000.cūq; diuidere p 100000.nō sit nisi abiicere qnq; litteras a māu dextra, q̄ si 50000.excesserint vnitas numero residuo adiicitur, liquet igitur hoc ingenio diuisionē p sinum totū in abiectionē tm̄ qnq; litterarū cōmutasse:memineris tn̄ secundā tabulā alio fuisse ingenio exaratā,in tabula etiā cœli mediationū reflexionē arcuū ex portione declinationis ad numerū multiplicandū obseruauit,de qbus nō est presentis negotii:illud solū sufficit in omni diuisione numerorū,tot fore litteras a dextra abiiciendas,quot fuerint nullitates in diuisore:vt si p 30000.diuiserimus quattuor litteras a dextra proiiciemus,reliquumq; diuidemus per 3.hoc modo.

Cū igitur diuisor fuerit ex vnitate vt 1000. vel 10000. vel 100000. sufitiet tot abiecisse lr̄as quot sunt in diuisore vnitates,residuumq; erit numerus diuisus & hec fuit ratio monte regii.

742598	364
3|000	2364
247532	3000

¶ Caput 39. De ſcientia multiplicationis per memoriã.

ET ſunt quidam qui volũt multiplicare nume
ros memorie & conſtat hoc in tribus regulis.
1 Cũ duxeris terminũ mediũ inter duos nume
ros ĩ ſe& differẽtiã in ſe: & deduxeris eã a ꝓdu
cto primo, fiet multiplicatio nnmerorũ, ex quinta ſecũdi
ellemẽtorũ. veluti volo ducere 27. in 33. jungo fiũt 60. me
diũ 30. ductũ in ſe fit 900. differẽtia 30. a 27. eſt 3. in ſe du-
cta facit 9. deduco 9. ex 900. fit 891. multiplicatio 27. ĩ 33.
2 Cũ duxeris numerũ in partẽ & partem fiet agregatum
æquale ductui totius in totum, veluti volo ducere 27. in
63. duco 27. in 6. fit 162. duco in 3. fit 81. addo 81. ad 1620. fi
unt 1701. ꝓductũ 27, in 63. deducit᷑ ex tertia ſcd̄i euclidiſ
3 Cũ duxeris totũ in totũ, & diminutum in diminutũ, &
agregaueris, deinde dempſeris ꝙ ꝓuenit ex diminutis in
addita, ꝑ crucẽ: habebis ꝓductũ, veluti 37. in 49. totũ de
37. ē 40. d᷑ 49. ē 50. duco fiũt 2000. diminutũ de 37. ad 40.
ē 3. de 49. eſt 1. ad 50. duc inuicẽ fiũt 3. addo ad 2000. fiũt
2003. duco 1. in 40. & fiũt 40. & 3. diminutũ vnius in 50.
additum alterius, fiunt 150. addo 40. fiunt 190. detrao ex
2003. remanent 2813. Et ſimiliter cum duxeris totum, in
totum & detractum, remanebit reſiduum pro multipli-
catione: volo ducere 35. in 79. duco in 80. fiunt 2800.
duco 35. in 1. quo defficit 79. ab 80. fit 35. detrao ex 2800.
fiunt 2765. pro p roducto.
4 Liquet aũt ꝓducta denariorũ in denarios eſſe cẽtinario
rũ numerũ, vt 30. in 70. fiũt 21. cẽtinaria, & centena in cẽ
tena ꝓductũ ẽ numerus miriadũ, vt 700. in 800. fiũt 56.
miriades, videlicet 560000. & numerus in denarios ꝓdu
ctũ numerus denariorũ, veluti 17. in 70. fiũt 119. denarii,
videlicet 1190. & numerus in cẽtena ꝓducit eodẽ modo
numerum centenorum. veluti 17. in 500. producit 85. cẽ-
tena,

tena, videlicet 8500. & denarii in centena producunt miliaria, veluti 70. in 800. producit 56. que sunt miliaria : videlicet 56000. vltra autem miriades memoriter laborare laboriosum, inutile, & periculosum est, eadem tamen ratione in infinitum procedimus.

¶ Caput 40. De cognitione iduū. kalendarum. nonarū. festorū. mobiliū. cicli. aurei numeri. epacte. inditionis. bisexti. locorū solis. & lune. sine tabulis & dicit̄ cōputus maior.

1 ET ex hac scientia ꝑuenit nobis cognitio omniū horū facilis iā. n. scis ꝙ sunt menses 12. in anno quoruȝ nomina Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, Maius, Iunius, Iulius, Augustus, September, October, Nouember, December.

2 Et in his Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, Augustus, October, December, habēt dies 31. sed Februarius dies 28. sine bisexto, cū bixesto 29. Aprilis, autē Iunius, Septēber, & Nouēber, habēt dies 30. quare totus annus cōprēdit dies 365. sine bisexto, cum bisexto dies 366.

3 Sciemus autē annū bisextilē cū diuiserimus annos Christi p 4. eo ꝙ omnibus 4. annis, currit bisextus: & si nihil superest a tali diuisione, annus est bisestilis, si supersunt 3. vel 2. vel 1. non erit, igitur dicemus quod 1536. est bisextilis. & 1540. quoniam diuisi per 4. non habēt superfluum aliquid, & hoc in perpetuum.

4 Sūt etiā 12. signa q̄ sol perambulat in anno quorū quodlibet cōtinet gradus 30. & ita perābulat sol p vnū gradū singulo die, dicemus igit̄ ꝙ in duodecima die Ianuarii, ingredit̄ aquariū: & in duodecima Februarii, sol ingreditur pisces. in duodecima Martii arietem: In duodecima Aprilis taurū: & sic de singulis: initiū tñ sumūt signa ab ariete hoc mō, aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, li-

bra, scorpio, sagitarius, capricornus, aquarius, pisces: cum igit̃ scire vis locũ solis, vide quot dies iter sint iter duodecimã mẽsis, & diẽ presentẽ & tot gradibus signi illius dices eẽ solẽ veluti volo scire quot gradibus sit sol secũda augusti, deduces 12. Iulii ex secũda Augusti, & remanẽt dies 21. cũ igit̃ sol sit in duodecima Iulii in initio leonis, erit in secũda Augusti in gradu 21. leonis scis, n. numerũ dierꝝ mẽsis p̃ ꝑm dictũ huius & ingressum solis in duodecimo Iulii in leonẽ, p̃ p̃sens dictũ, vnde sciem⁹ locũ eius.

5 Cũ autẽ addideris vnitatẽ annis Christi, & diuiseris per 19. ꝙ remanebit est aureus numerus, caue tamẽ vt in his omnibus annũ a Martio inchoare memineris. exẽplũ in anno 1538. volo aureũ numerũ, addo 1. fit 1539. diuido p 19. exit 81. relinquit̃ nihil, aureus igit̃ numerus ẽ 19. & ita in anno 1539. addẽdo supest 1. & in anno 1540 supsunt 2.

6 Et ex hoc epacta, duc semp aureũ numerũ in 11. & diuide p 30. ꝙ remanet est epacta, veluti positus fuit aureus numerus 1538. anni 19. duc in 11. fit 209. subtrae 30. quotiẽs potes, erit superatio 29. q numerus est epacta anni 1538.

7 Ciclus solaris habet̃ superadẽdo 9. cũ annis Christi, & agregatum diuide per 28. quod superfluit est numerus cicli, exemplum volo ciclum anni 1538. adiugo 9. fit 1547. diuido per 28. supersunt 7. pro ciclo.

8 Et ex hoc habet̃ dies primus anni, nã cũ ciclus est o. vel 28. tũc est dies dñicus, cũ 1. dies Lune, cũ 2. dies Mercurii ꝓpter bisextũ: cõputabis igit̃ a ciclo p annos & habebis primã diẽ Ianuarii, vt in anno 1538. ciclus est 7. per dictũ septimum igit̃ dies prima Ianuarii est martis: nam ex eo quod ciclus est 7. igitur in anno 1531. fuit o. & ex consequenti dies Dominica in anno 1532. dies Lune, in anno 1533. dies Mercurii qa precessit bisextus, in anno 1534. Iouis, in anno 1535. Veneris, in anno 1536. Sabbati, in anno 1537. Lune propter bisextum precedentem: igitur in ano

no 1538. erit dies Prima Ianuarii Martis, & hic ordo procedit in infinitum stante kallendario.

9 Et ex hoc habebimus litterā Dominicalē: nam cuȝ semper die Prima Ianuarii currat, si igitur sciemus q̄ nā dies sit Prima Ianuarii, sciemus que littera correspondeat diei Dominice, veluti in anno 1538. dies Prima est Martis, & est a: igitur dies Mercurii. b. & Iouis. c. & Veneris. d. & Sabbati. e. igitur littera Dominicalis. f.

10 Et ex his kallēde, none, & idus, nā prima dies cuiuslibet Mēsis kallēde vocant̄, dies aūt antecedētes Mēsis alterius p̄cedētis nomine dicunt̄ kallēdaꝝ, tali numero q̄lis ē is quo distāt a Kallēdis ipsis. exēplū Prima dies maii dr̄ kallēde Maii 30 . Aprilis q̄ est ꝓxime p̄cedēs pridie kal. maii dr̄. 29. aprilis tertio. kal. maii. vigesima octaua Aprilis quarto Kallēdas Maii. & ita kallēde sunt in mēse p̄cedēte oēs p numeros signate, p̄ter kallēdas ipsas nam cū simpliciter dicimus kallēdas Iulii, diē Primā Iulii intelligimus. none aūt in quolibet mēse sunt quattuor, excepte in Martio, Maio, Iulio, & octobri, in q̄bus sunt sex, inci piūt igit̄ in habētibus quattuor sic. secūdā diem dicunt quarto nonas, tertiā diē tertio nonas, quartā pridie nonas, quintā diē nonis: & in habētibus sex nonas dicunt secūda die sexto nonas, tertia die quinto nonas, quarta die quarto nonas, ita ꝙ septima die dicūt nonis: post succedūt idus octo in quolibet mēse, vnde ꝓ memoria facti sunt hi versus:

Sex nonas maius october Iulius & mars. Quattuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.

Dicemus igit̄ octaua die Maii octauo idus Maii, & nona die septimo idus, & decima sexto idus.

Ita ꝙ quintadecima die, dicemus idibus Maii, post hec incipiemus dicere in die sextadecima Maii, septimodecimo kallēdas Iunii, & die septimadecima dicemus sexto

decimo kallēdas Iunii,& ita deinceps vsq; ad kallendas Iunii,nō est autē differētia nisi ex parte nonarum,q̄ aliquādo vt dixi sūnt.6.aliquādo.4.& ꝓpter hoc ponā exēplū in duobus mēsibus,quorum vnus habet 6.nonas,& alius tm̄ quattuor,nā ꝑ haberē sex regulabūtur eadē ratione,Maius,Iulius & October,ꝑ reliquū qui habet tātum 4.nonas,regulabuntur reliqui septem menses.

	Februarius		Martius.
1	kalendis Februarii.	1	kalendis Martii.
2	Quarto nonas Febru.	2	Sexto nonas Martii.
3	Tertio nonas Febru.	3	Quinto nonas Martii.
4	Pridie nonas Febru.	4	Quarto nonas Martii.
5	Nonis Februarii.	5	Tertio nonas martii.
6	Octauo idus Feb.	6	Pridie nonas martii.
7	Septimo idus Feb.	7	Nonis martii.
8	Sexto idus Feb.	8	Octauo idus martii.
9	Quinto idus Feb.	9	Septimo idus mar.
10	Quarto idus Feb.	10	Sexto idus mar.
11	Tertio idus Feb.	11	Quinto idus mar.
12	Pridie idus feb.	12	Quarto idus mar.
13	Idibus Februarii.	13	Tertio idus mar.
14	Sextodecimo kal.Mar.	14	Pridie idus Martii.
15	Decimoquinto kal.mar.	15	Idibus martii.
16	Decimoquarto kal.mar.	16	Septimodeci.kal. Aprilis.
17	Tertiodecimo kal.mar.	17	Sextodecimo kal.aprilis.
18	Duodecimo kal.mar.	18	Decimoquinto kal.aprilis
19	Vndecimo Kal.mar.	19	Quartodecimo Kal.apri.
20	Decimo Kal.mar.	20	Decimotertio kal. aprilis.
21	Nono kal.mar.	21	Duodecimo Kal.aprilis.
22	Octauo Kal.mar.	22	Vndecimo kal.aprilis.
23	Septimo kal.mar.	23	Decimo kal.aprilis.
24	Sexto kal.mar.	24	Nono kal.aprilis.

25 Quinto kal.mar. 25 Octauo kal.aprilis.
26 Quarto kal.mar. 26 Septimo kal.aprilis.
27 Tertio kal.mar. 27 Sexto kal.aprilis.
28 Pridie kal. Martii. 28 Quinto kal.aprilis.
29 Quarto kal.aprilis.
30 Tertio kal.aprilis.
31 Pridie kalen.aprilis.

11 Et ex hoc indictio, & ē vt addas annis Christi 3. & diuidas p 15. q̄ superest est indictio. exēplū veluti volo in anno 1538. indictionē: addo 3. fit 1541. diuido p 15. supsunt 11. ex diuisione igit̄ indictio est 11. & nota q̄ sicut aureus numerus, & epacta, incipiūt a Martio eiusdem anni, ita q̄ p duos mēses post initium anni. ita indictio incipit in mense Septembri antecedētis anni: vnde dicemus q̄ in anno 1538. de mēse Octobris, est indictio 12. & nō 11. qa finitus est annus indictionis, qui incipit in anno. 1537. de mense Septēbris. per cōtrariū dicemus quod in mēse Februarii 1538.. aureus numerus est 18. & epacta 18. qa nōdū īcepit annus 1538. qa nōdū puenimus ad mēsez Martii.

12 Ex his tādē habebis coniunctionē solis & lune, & oppositionē, & quadraturā, cū epacta habita p sextū adde numerū kallendarū a Martio incipiētiū, & totū subtrae a 30. & residuū est numerus dierū cōiūctionis in tali mense, q̄ si sit minus 15. detrae a 15. & residuum est numerus dierū oppositionis: & similiter si excedit 30. subtrae a 45. residuū est numerus dierū oppositionis: de media semp intellige: habito die oppositionis vel coniunctionis dies octaua ab illis est dies quadrati: exēplū in anno 1538. epacta est 29. volo scire de mense. Augusti coniūctiones & oppositiones & quadrata, addo ad 29. 6. pro kallendis a Martio ad Augustū, fiūt 35. demo ex 45. remanent 10. igit̄ die 10. erit oppositio, siue plenitudo lune: detrao 35. ex 60. fit 25. igit̄ die 25. erit cōiūctio lune, & quia opposi

tio fuit in decima die addendo 7.erit quadratura in die decimaseptima & similiter detraendo 7.a 10.remanēt 3. igitᷣ alia quadratura erit in tertia die Augusti & hoc de mediis q̄ valde veris aspectibus sunt ꝓpinque intelligatᷣ

13 Et ex hoc locus lune habito loco solis in gradu signi ꝑ quartū habeas dies a cōiūctione,& eos multiplica ꝑ 4. & diuide ꝑ 9.q̄ exit sunt signa & partes signorū:cōtinet aūt signū hic gradus 30. Exēplū volo locū lune quinta decima die Augusti anni dicti,cōiūctio ꝑ p̄cedētem fuit decima die,superatio sunt dies 5.duco in 4.fiunt 20.diuido ꝑ 9.exeūt 2.& $\frac{2}{9}$:cuilibet autē none parti de 30.dabis gradus 3.igitᷣ erūt signa 2,& gradus 6.addēda loco solis, q fuit ꝑ quartā in virginis gradu tertio igitᷣ luna erit iuxta 9.gradū scorpii tunc,he rōnes licet nō sint admodū p̄cise,multum tn̄ sunt aliquando neccessarie,& iocunde scitu,que autē sequitᷣ exactior est quoniā Pascha& festa mobilia,potius mediam quam hic docui,quā verā lune cōiūctionē,sequuntᷣ:que in ephemeridibus demonstratᷣ.

14 Et ex hoc carnis priuiū vtrūq;.& dies pasche,& quadragesime initiū,& finis docebitᷣ:habeas ꝑ duodecimā cōiunctionē lune de mense Februarii,& scies qua die currit ꝑ octauā & si fuerit die martis,ꝓximus sequens dies martis erit carnis priuiū Romanū,& si alia die erit omnino in ꝓximo die martis carnis priuiū Romanū : quo habito dies sequēs ꝓximus est dies cinerū:& initiū quadragesime Romane: & dies Dominicus sequens carnis priuiū Ambrosianum:deinde numera 6.ebdomodas ab eo:& habebis Pascha cōune Ambrosianis & Romanis. Exemplū in anno 1538. de mense Februarii fuit aureus numerus 18.ex 11.notando,& epacta 18. & kallende 12. igitᷣ totū 30.nō erit igitur in Februario cōiunctio, demo igitur 30.de 60.remanet cōiunctio in 30.die Februarii,& qa Februarius nō habet nisi 28,dies erit igitᷣ coniunctio

talis in secūda Martii: & qa kallende Ianuarii fuerūt in die martis, erit dies secūda Martii dies sabati ex dierum cōputatione & qa in ꝓximo die martis est carnispriuiū Romanū, igit carnis priuiū Romanū erit quinta martii & dies cinerū vel initiū quadragesime Romane 6. martii. & die decima martii carnis priuium Ambrosianum, & 11. initiū Quadragesime: additis aūt 6. ebdomadibus nostro carnis priuio cōsurgit Pascha die vigesimaprima Aprilis.

15 Et ex hoc omnia festa mobilia, nā tribus ebdomadibus ante carnis priuiū Ambrosianū incipit septuagesima, nā ipsa est ante Pascha 9. ebdomadibus, Exēplū fuit carnis priuiū Romanū ex ꝓcedēte die qnta Martii, Ambrosianū die 10. eiusdē, demo dies 21. semp ex die carnis priuii Ambrosiani, erit septuagesime initiū die 17. Februarii: & cū addunt 5. ebdomode ad diē Pasce habemus diē rogationis: vnde incipiūt 26. Maii, posito paschate 21. Aprilis: verū tñ additis diebus 8. fiunt Ambrosiane rogationes, videlicet die tertio Iunii: additis autem duabus ebdomadibus fiet Pētecostes solēnitas, nā ipsa semp 7. ebdomadibus post Pascha etiā celebrat. vnde erit die 9. Iunii ad diē autē rogationū Romanarum adde 4. & habebis Ascēsionē domini. Aduentus domini semp est in quarta Dominica ante Natiuitatem, vnde si natiuitas fit in die Dominico, erit Aduētus domini maxime distans a natali die, & cellebrabit vigesimaseptima die Nouēbris: vnde ab illa die vsq ad diē natalis exclusiue ieiunium celebratur: est autem dies natalis semper in die sequenti a quo fuit initiū anni, nisi fuerit bisextilis si. n. anni initium 1538. fuit martis, erit dies natalis mercurii, si vero foret bisextus, esset duabus feriis post videlicet die Iouis, habito igit die palce habebis reliqua festa mobilia, vt in sequenti tabula pro memoria dispo sui, nam & corpus Christi a

die Ascensionis vigesimus secundus ē:& Trinitatis festū a Pentecoste 7.dies, terminum a quo excludendo.
Carnis priuiū romanū die martis sequēte lunā februarii.
Carnispriuiū Ambrosiannm diebus post Romanum 5.
Dominica septuagesime ebdomadibus tribus ante Carnis priuium Ambrosianum.
A carnis priuio Romano dies sequens Mercurii dies est cinerum.
A carnis priuio Ambrosiano ad Pascha ebdomade 6.
A paschate ad rogationes Romanas ebdomade 5.& dies vnus.
A paschate ad rogationes Ambrosianas ebdomade 6. dies vnus.
A paschate ad Ascensionē domini ebdomade 5.dies 4.
A paschate ad Pentecostem ebdomade 7.
A paschate ad Festum Trinitatis ebdomade 8.
A paschate ad Corpus christi ebdomade 8.dies 4.
Dominica quarta semper ante diem natalis domini dicitur Aduentus, tempus vsq; ad diem natalis dicitur aduentus, quod maximum est dierum 28. minimum 21.
Interuallū ē semp tēpus intermediū inter diē natalis,& dominicā ,pxime pcedētē carnis priuiū Romanum, in qua cātat᷑:esto mihi: vnde cognito carnis priuio Romano, cognoscit᷑ interuallū: vnde in exēplo fuit carnis priuiū Romanū 5.die martii, igit᷑ dominica antecedēs fuit 3.Martii, quare additis 6.diebus Decēbris residuis post natiuitatem,& totis Ianuario & Februario, & diebus 3. Martii, fiet interuallū dies 68. videlicet ebdomode 9.dies 5.quare bis aut ter legenti duo hec capitula pcedētia nō erit difficile memoria hec omnia leuiter comprendere, absq; alio calculo: quare licet in cursu lune exactam nō dederimus rationem, satis tamen erit ad cunctas operationes perfitiendas sed nimium prolixus fui.

Caput 41. de ligationibus auri & metallorum.



Ciendū est ꝙ marcha auri, vel argenti, continet vntias 8. vntia cōtinet denarios ponderis 24. & denarius cōtinet grana 24. igitur vntia continet grana 576. & karacteres sunt tales.

Marcha.	Vntia.	Denarius.	Grana.
m̄	oñz	đ	gra.

Et sunt duo metalla de q̄bus fit cōsideratio aurū & argētū. aurū habet mixtionē argenti quandoq;, & quandoq; æris, vel alterius metalli, ꝙ in ꝑtio ꝓ nihilo reputat', & quādoq; habet vtrūq; argētū, videlicet & æs: argēto aūt miscet' æs, vel aliud cuius nō cadit consideratio in ꝑtio, sed in pōdere, in auro aūt q̄rit' quātū admiscet' de re nullius valoris, & postq̄ scitū est hoc: quātū de argēto, in argēto autem quātum permiscetur de ære, vt sciamus quātum residui sit purum.

Porro ꝓportionē hāc sumūt in karactis 24. pōdus karacti ē 4. granorū ita ꝙ illud ꝙ ē ꝑfectissimum in pondere 24. karactorū habet etiā auri karactos 24. & nihil aliud admixtū, quātū vero defficit ex 24. karactis in pondere, de vero auro, & aliud admixtum est, eo deterius est, vt si sint karacti 3. æris igit' non erūt nisi 21. auri, defficiet: igit' cōpositio & massa illa q̄ ex portiūcula iudicat' octaua parte sui valoris & sue perfectionis continet autem ex dictis tota perfectio 24. karactorum grana 96.

Querunt' autē in his duo maxime valor masse & consolatio monete de valore autem prius dicemus.

Dixit igitut quidam miscui m̄. 29. oñz. 7. đ 8. gra. 19. perfectionis kar. 19. gra. 3 $\frac{1}{2}$.

Et m̄. 56. oñz. 1 đ 19. gra. 22. perfectionis kar. 17. gra. 1 $\frac{3}{4}$.

Volo scire quā ꝑfectionem tota massa habebit & ponamus ꝙ admixtū sit argētū, resolue primā & secūdā mas

sam in grana p viā multiplicationis & erit prima massa gra. 137875. secūda gra. 18072359 $\frac{1}{2}$ duco vtrāq; summam in suā pfectionē in grana resolutam, erat prima pfectio gra. 79 $\frac{1}{2}$ ducta in 137875. fiūt gra. 10961062 $\frac{1}{2}$ deduco secūdā in suā pfectionē q̄ fuit gra. 69 $\frac{3}{4}$ fiūt gra. 18072359 $\frac{1}{2}$ iūgo simul fiūt gra. 29033422. diuido p 96. & sunt grana totius pfectionis ex regula triū dicēda inferius, pdeunt grana puri auri in tota massa 302431 $\frac{23}{48}$ & sunt m̄. 65. oñz. 5. d̄ 1. gra. 7 $\frac{23}{48}$: quā summā si ex tota dēpseris summa q̄ fuit m̄. 86. oñz. 1. d̄ 4. gra. 17. remanebunt argenti vel alterius metalli m̄. 20. oñz. 4. d̄ 3. gra. 9 $\frac{25}{48}$.

Si aūt velles pfectionē separate, facile est, iunge vtrāq; & fiūt kar. 37. gra. 1 $\frac{1}{4}$ diuide p mediū & habebis pfectionē masse kar. 18. gra. 2 $\frac{5}{8}$ & hoc vbi mixtio foret æqualis Quod si velis pfectionē masse mixte accipe grana masse totius & sunt 396977. & grana puri auri totius masse & fuerunt gra. 302431. $\frac{23}{48}$ dic igitur per regulam si ex illis hec quid ex 24. kar. duc 24. in 302431 $\frac{23}{48}$ & diuide per 396977. & exibunt kar. 18. gra. 0 $\frac{11279}{396977}$ & hec est perfectio huius totalis masse.

Cognouisti igit̄ quātū cōtinēt puri, & nō puri, & qualis cōsurgat perfectio miscendo totū cū toto, & qualis cōsurgat pfectio miscēdo æqualiter de vtraq; massa simul Et ex his posset fieri pretiū faciliter a parte ad totū, & ēt hoc potest fieri p praticam facilius non tamen precisius. Cū vero vsus locorū fuerit in alio pōderū genere veluti librarū cōtinētiū onz. 12. opaberis pportionaliter doctrina. n. libri huius generalis est & omnibus inseruit: modo vsus locorum his accomodare studeas quod exercitato in hoc opere facillimum est.

Et sunt in hoc regule cōsolatiōis monetarum. & ē cōsolatio cōpositio metallorū ad certū valorē & bonitatē, augēdo vel minuēdo: & in argēto comuniter nō vtunt̄ ka

ractis sed pfectione sumpta ex vntiis, ita q̄ presuponunt
libram argenti fini continere onz.12. argẽti puri, & quã
to minus continet tantum defficit a supradicta bonita-
te & appellant hanc perfectionem: ligam.

1 Cũ volueris scire mixtionẽ duarũ aut triũ rationũ argẽ
ti fac vt in exẽplo supiore, accipiẽdo purũ & partiẽdo p
totã summam impuri, quod exit dicit̃ liga siue pfectio.

2 Cũ volueris ex diuersis maneriebus argenti facere sine
additione æris puri, vel argẽti, quãtitatẽ datã sub certa p
fectiõe, que nõ sit maior maiore, nec minor minore: nã
sic impossibile. esset vt ex argẽto pfectionis oñz.5.& 7.
& 10. potes facere argẽtũ pfectionis 9. aut 7. maius aũt
quã 10. aut minus 5. efficere nõ posses, sine alia additiõe:
igit̃ vide supationẽ partiũ ad argentũ q̄ quæris, & eam
æqua in minore maius, in maiore minus, vt dictum ẽ: vt
in exemplo volo ex argento pfe-
ctionis 10. & 7. & 5. facere 100. li-
bras argẽti pfectionis 9. tunc sub-
trae 9. a 10. remanent 1. suppone 1.
omni minori 9. & fiet 1. sub 7. &
sub 5. deindẽ subtrao 5. & 7. ex 9.
remanẽt 2. & 4. supponẽda ad 10.

5	7	10	9	
1	1	4		Vntie
		2		
1	1	6		
		8		

& omni alio maiori 9. si esset: cõgrega partes fiẽt oñz.8.
cõstãtes, ex 6. vntiis pfectionis 10. & 1. pfectiõis 5. & alia
pfectionis 7. tale igit̃ pondus 8. vntiarũ est ad 9. ligas vt
volo ego tñ nõ oñz.8. sed libras 100. talis argenti volebã
propterea dices si oñz.8. dant libras 100. quid dabũt oñz.
6. & 1. & 1. & Inuenies quod lige 10. erũt libre 75. lige 7.
libre 12 ½ & lige 5. libre 12 ½.

3 Cũ volueris & est quasi cõuersum prioris ex diuersis da
tis quãtitatibus p additionẽ mixti reducere quãtitatẽ to
tã nõ datã ad certã pfectionẽ, veluti argẽti lib.50. perfe
ctionis oñz.5.& argẽti lib.60. pfectionis oñz.6.& argẽti

lib.70.pfectiōis oñz.7.adderet tantū argēti pfectionis oñz.1.ꝙ reducā totā massam ad perfectio nē oñz.3.hec cōponit' ex duabus primis re gulis sine additione aliqua hoc mō, p pri mā regulā duc vnū ꝙq; in suā pfectionē 5.i 50.fit 250.6.in 60.fit 360.7.in 70.fit 490.cō grega fiunt 1100.diuide p libras impuri & fuerūt 180.exit $6\frac{1}{9}$ & hec est pfectio mas se totius: deinde p secūdā regulā quere ex duabus massis quarū vna ē pfectiōis oñz. 1. alia $6\frac{1}{9}$ volo facere massam perfectio nis oñz.3. & inuenies quod ex illa que est $6\frac{1}{9}$ requiruntur 2. oñz. ex illa vnius oñz. $3\frac{1}{9}$: dic igit' p regulā 3.si 2.exigit $3\frac{1}{9}$.qd exi gēt lib.180.multiplica in $3\frac{1}{9}$ ipsum 180.fiūt libre 560.diuide p 2.exeūt 280.libre admi scende ex argēto lige vnius, cum tota illa massa triū manierierū vt fiat lige 3. & fient libre omnes mixte 460.in qbus erūt argēti puri libre 115.p idē si loco argēti pfectionis oñz.1.velles æs purū misce re, inuēta totius pfectione, q̄ fuit $6\frac{1}{9}$ & acce ptis superationibus argēti quæsiti sub ære, si gnabis $3\frac{1}{9}$: sub illa $6\frac{1}{9}$, 3.dic igit' si 3.pducit $3\frac{1}{9}$: qd pducet vel exigēt libre 180.duc in $3\frac{1}{9}$ fiūt vt prius libre 560.diuidēde p 3.& exibūt libre 186.oñz.8.æris miscēdi.& eadē rōne si velles massam illā ad ligā 10.p argētū purū reduce re pone sic $6\frac{1}{9}$, & 12.ꝙ est summa perfectio: sume differentiam 10.a 12.& est 2. supposita ad $6\frac{1}{9}$: & dif ferentiam 10.ad $6\frac{1}{9}$ & est $3\frac{8}{9}$ supponenda ad 12.dic igitur si 2.facit $3\frac{8}{9}$, quid facient libre 180.multiplica 180.in 3.& $\frac{8}{9}$, fiunt 700. diuide p 3.exeūt libre 233.oñz.4.argēti puri addēdi: similiter in auro facies per karactos operādo p hanc re

50	60
5	6
250	360
70	
7	50
490	60
	70
250	180
360	
490	
1100	
180	
$6\frac{1}{9}$	

2.$3\frac{1}{9}$	180
180	
$3\frac{1}{9}$	
560	
2	
280	
180	
460	

$6\frac{1}{9}$		12
10	X	10
2		$3\frac{8}{9}$

gulam que in virtute continet duas precedentes.

4 Quod si detractionē operari volueris oppositū modū in fine seruabis, volo ex oñz. 17. auri kar. 21. eximere oñz. 10. kar. 18 ½ vellē scire qd remanebit duc 17. in suā pfectionē fiūt kar. 357. duc in residuum fiūt 51. superant. n. kar. 3. ad totalē pfectionē deinde similiter duc kar. 18 ½ in 10. fiūt kar. 185. & 10. in residuū fiūt 55. subtrae purū a puro impurū ab impuro & fiēt puri residuū kar. 172. impuritatis autē kar. demi nō possunt nō igit̃ poterit fieri hec subtractio sine æris additione, & hoc cōsidera qm̄ in vanū laborares, Quod si pfectionis 20. auferre vellet possibile foret supfluerent auri. n. kar. 157. impuritatis autē kar. 11. reliqua igit̃ massa esset oñz. 7. perfectionis kar. 22 $\frac{3}{7}$.

oñz. 17	oñz. 10.
kar. 21	kar. 18 ½
kar. 357	kar. 185
kar. 51	kar. 55

oñz. 17.	oñz. 10
kar. 21.	kar. 20
kar. 357	200
kar. 51	40
kar. 157	
kar. 11	

5 Quod si quæstio ex terminis ignotis opare p algebra secūdū has regulas & æquatio demōstrabit q̄sitū, veluti dixit qs adiūxi oñz. 10. auri kar. nescio quātū oñz. nescio quātū alterius auri kar. 10. & fuit massa kar. 18. oñz. nescio quātū. vel sic auri oñz. 10. kar. 12. miscui auri oñz. tot quot erat nūerus pfectionis karactorū, & exierūt oñz. nescio quot pfectionis kar. 14. vel oñz. insexqtertia maiores karacterib⁹ in oīb⁹ opaberis p rē cū regulis supradictis & habebis æq̄tionē

1 Questio prima Quidam dixit habui libras 2. auri, perfectionis d̄ 21. gra. 15. volo reducere ad pfectionem d̄ 22. quātū auri requirit̃, dictū ē quod auri perfectio sumit̃ ex karactis mō dixi ex denariis, vt intelligeres qm̄ est idē modus operādi, dispone igitur perfectiones vt vides hic deinde subtrae d̄ 22. ex d̄ 24. qui sunt perfectio auri puri, & fient d̄ 2. suppone ad aurū impurū, & similiter sub

trae đ 21.gra.15.ex đ 22.re manent gra.9. quos suppo ne auro puro: dices igit̃ φ ꝑ omnibus đ 2.auri impu ri oportet addere gra.9. auri puri, dic igit̃ p regulā 3. si đ 2. volūt gra. 9. quātū volūt vntie 24. resolue vntias 24. in đ fiūt 576. denarii multi plica 576. in 9. fiūt 5184. diuide p 2. exeūt gra. 2592. auri puri, & tantū requirit̃ ad hoc vt tota massa perue niat ad pfectionē 22. denariorum diuide igit̃ gra. 2592. p 24. exeunt, 108. & tot erūt denarii & nihil superest, diuide etiā 108. p 24. exeūt 4. & supsunt 12. igitur requirētur vntie 4. đ 12. & ita patet φ talis perfectio humanā immitat̃ cōditionē, qm̃ quāto perfectius tāto difficilius labes emēdat̃, vt solo igne ad verā perfectionem quod imperfectum est deduci possit, erit igitur postmodum aurum totum vñz. 28. đ 12.

Aurū purū. đ 24 — gra. 9
Aurū impurū. đ 21 gra. 15
Aurū fiendū đ 22

2 9 576
9
5184
2
2592
24
108
24
oñz. 4 đ 12

2 Questio secūda Dixit alius habui aurū perfectionis kar. 15. pon deris vntiarū 14. deinde miscui aurū nescio quātū nec cuius pfectionis, sed pfectio erat maior in kar. 5. plus vntiis, & nunc totū ē kar. 18. querit̃ pondus & pfectio additi, pōe pōdus additi 1 co. igit̃ pfectio erit 1 co. p̃. 5. multiplica per modū prime regule fusionis q̃ ē ante primā regulā cōsolationis vñt 14. in 24. denarios, fiēt 336. đ mul

oñz, 14. kar. 15
oñz. 1 co. kar. 1 co. p̃. 5
Pondus 336. p̃. 24. co. đ
Perfectio 210. p̃. 1 ce. p̃. 5. co. đ
336. p̃. 24. co. đ
18
6048. đ p̃. 432. co. đ
210. p̃. 1 ce. p̃. 5 co. đ
24
đ 5040. p̃. 24. ce. p̃. 120. co. đ

tiplica 1 co. vntiarū in 24. d̄ fiunt 24 co. d̄ & similiter
dic vn̄t 14. cōtinēt kar. 15. p̄ singulis siue d̄ nihil refert,
duc 15. in 14. fiūt 210. & similiter duc 1 co. p̄. 5. in 1 co. fit
1 ce. p̄. 5. co. iūge pondera & p̄fectiones fiēt 336. d̄ p̄. 24.
co. d̄ in pōdere. & 210. d̄ p̄. 1 ce. p̄. 5. co. d̄ in p̄fectiōe &
hoc totū debet esse ad p̄fectionē 18. kar. quare nota re-
gulā q̄ ducta tota p̄fectione q̄ ē 24. in perfectionē que
ē 210. d̄ p̄. 1 ce. p̄. 5. co. p̄ductū debet æquari ductui per
fectionis q̄site in totū pondus, multiplico igit̄ 24. in 210
p̄. 1 ce. p̄. 5. co. d̄ & fiūt 5040. p̄. 24. ce. p̄. 120. co. d̄ æqua
lia 6048 d̄ p̄. 432. co. d̄ igit̄ reduces ad cēsum vnū fiēt.
vt vides tādem 42. d̄ p̄. 13. co. d̄ æqualia 1 ce. igit̄ p capi
tulum res posita valuit ℞. 84. $\frac{1}{4}$ p̄.
6 $\frac{1}{2}$ vntiarum q̄a tātumdem va-
let co. d̄ in d̄ igit̄ 1 co. vntiarum
posita valet tātumdem in vntiis,
& p̄fectio fuit ℞. 84 $\frac{1}{4}$ p̄. 11 $\frac{1}{2}$ kar.

252 p̄. 18. co. d̄
210 p̄. 1 ce. p̄. 5. co. d̄
42, p̄. 13. co. d̄
1 ce.

proba & videbis, & nota quod vt dixi posset questio ali
quando esse impossibilis, & tunc vel æquatio non veniet
aut veniet maior quam 24. kar. quod esse non potest.

3 Questio tertia quidā habuit aurum p̄fectionis d̄ 20. pō
deris vntiarū 40. & accepit partē eius & reduxit ad p̄fe-
ctionē d̄ 23. deinde miscuit residuo & facta est massa p̄
fectionis d̄ 22. q̄ritur quāta fuit pars primo detracta &
quāta erit massa Similez p̄ponit Frater lucas & nota q̄
aurum in affinatione neccessario crescit vel decrescit, cre
scit cum additur aurum purum vt in exemplis superiori
bus, decrescit cum affinatur ad copellā siue examē. naz
aurum & argentum his duobus modis affinātur siue pu
rificantur, pone igitur q̄ pars detracta sit 1 co. reduces
ad p̄fectionē d̄ 23. per regulā secundā & erit vt pro qua
libet vncia impuri req̄rātur vn̄t 3. puri igitur p̄ 1 co. im-
puri reqrētur 3 co. puri fiet igitur totum aurum oñz. 40.

ꝑ.3 co. in pondere pfectionis d' 22. funde .i. multiplica pfectionē in pōdus & fient 880. d' p̄.66. co, d'. auri puri & similiter funde oñz. 40. pfectionis d' 20. fiūt 800, quibus adde 3 co. auri fient d' 800. p̄. 72 co. d' æqualia 880.

1 co.		purū
20		24
1	23	
oñz.		
40. p̄. 3 co. d' 22.		
40. d' 20. p̄. 3 co. d' 24.		

d' p̄. 66 co, d'. igitur detrae vnū ex alio fiēt 6 co. d' æqualia 80, d'. quare 1 co. d'. valet 13 1/3 d'. auri & ita 1 co. oñz. valet oñz. 13 1/3 auri igitur pars detracta fuit 13 1/3 & aurus additum fuit oñz. 40. & tota massa facta fuit oñz, 80. & hic modus est longe facilior modo Fratris Luce vt apparet sine comparatione.

¶ Caput 42. de proprietatibus numerorum mirificis.



NOn potui vnquā psuaderi vim aliquā numeris inesse q̄ etiā in octauo astronomicaꝶ cōsiderationū galenū secuti cōfessi sumus, at post quā Ptolomeū magne cōpositionis nono vidimus demōstrātem superioribus planetis saturno Ioui martiq; hoc cū sole esse cōmune, vt reuolutiones eccentricorū ac epiciclorū simul iūcte reuersionis tēpore, semper implent numerū reuolutionū solis. Vnde cum saturnus in 59. reuolutiōibus solis ad idē reuertat', duas in eccētrico & 57. in epiciclo. & ipse peregit reuolutiones: sic & iupiter in 71. reuolutiōibus solis reuertit' ipse vero 6. in eccētrico 65. i epiciclo pegit. mars in 79. ēt redit 42. in eccētrico 37. in epiciclo pfitiēs circuit⁹. & licet supatio aliq̄ inter sit comunis tñ ē: vnde partes etiā in tēporibus aliis a restitutione numero cōuenire neccesse est: cum vero in his quātitatis continue aut ꝓportionis nulla possit ratio assignari, sed solius numeri æqualitas dicemus deum maxima numeris alligasse, Vnde nec in minimis potestatē

obtinere

obtinere negandum erit.

1 Prima igitur ac demonstratiua virtutis numerorũ experientia est tres planetas superiores soli per coniũctas numero reuolutiones singularibus æquari.

2 Secũda virtus est amicabiliũ numerorũ, hi sunt quorũ partes vnũ numerãtes mutuo alterum agregant, tales sunt 220. & 284. nã numeri 220. numerãtes simul iuncti fatiũ 284. & numeri 284. numerantes ꝑducũt 220. talibus autẽ ad amatoria homines vtunt᷑, verũ cũ sub aliquo numero omne creatum constet, arbitrandũ est que taliter conuenerint mutuo se diligere.

3 Sunt & numeri pfecti qbus nihil mũdanis rebus conueniẽtius ẽ, tales autẽ sunt qui cõstant agregatione omniũ suorũ numeratorũ veluti 6. numerat᷑ a 3. 2. 1. q iuncti fatiũt 6. Et similiter 28. agregat᷑ ex suis numeratoribus 14. 7. 4. 2. 1. nã iũcti fatiũt 28. Gignuntur aũt hi vt Euclides docet cũ numeri ex ꝑportione dupla ab vnitate iuncti numerũ primũ effecerint: tunc maximus in agregatũ ꝑducit numeruꝫ principẽ atqꝫ pfectũ: veluti 1. 2. 4. 8. 16. agregãt 31. q est numerus primus. igit᷑ 16. ductus in 31. ꝑducit 496. numerũ pfectũ, hic semp vel in 6. vel in 8. terminat᷑: ordinẽ aũt cõditionis humane immitat᷑ nã in singulis denariis inuenit᷑ vnde 6. est in primo denario solus pfectus, duc 10. in 10. fit 100. a 10. ad 100. solus 28. est pfectus, duc 10. in 100. fit 1000. a 100. ad 1000. solus 496. est pfectus, duc 10. in 1000. fit 10000 a 1000. ad 10000. solus 8128. pfectus est, ita quãto magis ab vnitate q̃ deũ ostẽdit elongat᷑, eo rariores pfecti inueniunt᷑, in vnoquoqꝫ tñ genere vnus tm̃ pfectus inuenit᷑: hoc igit᷑ in numero speculũ mortaliũ rerũ ẽ fabricatũ: vnde in eo maxima licet cõtẽplari: huic autem diminuti in suo ordine quẽadmodũ & inopes, ac superhabũdãtes opponunt᷑, diuitũ spetie, aut vt in cõplexiõe

& cōpositione pleni ac pingues, dicit̃ numerus diminu
tus cuius partes numerātes nō agregāt numerum illū:
veluti 10. numerat̃ a. 5. 2. 1. q tm̄ agregāt iūcti 8. opposi
tus aūt habūdās q sup excedit: veluti 12. numeratur a
6. 4. 3. 2. 1. quorū agregatū ē 16. maius 12. dicemus igit̃
12. habundantem esse numerum 10. diminutum 6. per
fectum & ita in reliquis.
4 Diuidit̃ aūt omnis numerus in parē ac imparē, porro
ꝓprietas numeri paris est vt semp in similia diuidat̃, im
paris vt in dissimilia: nā 8. si diuides vtraq; portio nec-
cessario aut par erit aut impar 9. autem cu, diuidis vnā
partem habes parem, aliam imparem, hoc autem vni-
uersis semp cōuenit nō. n. vnquā imparē aut in duos di
uides pares, aut impares: aut parē in parem & imparē.
5 Paris aūt species tres sunt de quibus euclides dixit pari
ter par, pariter impar, & impariter par: dicit̃ aūt pariter
par numerus qui p continuā sectionem æqualē ad vni
tatē venire potest vt 16. in 8. & post in 4. ac in 2. & 1. per
continuam diuisionem deuenit, pariter impar est cū nu
merus solum semel admitit dimidiationem veluti. 2. 6.
10. 14. 18. & similes: impariter par qui plures admitit di-
uisiones non tamen vsq; ad vnitatem patitur se dimi-
diari, veluti 12. & 20. nam cum ex 20. ad 5. perueneris,
non amplius diuisionem per æqualia admitit. vnde pa-
tet vtrorūq; aliorū generū impariter parē numerū esse
participem, videlicet pariter paris, & pariter ēt imparis.
6 Sunt & impariū qdā primi q sola vnitate numerantur,
vt 3. 5. 7. 11. Quidā cōpositi q numero aliquo numeran
tur vt 9. 15. & alii. ē aūt comune imparibus vt metiant̃
alios tm̄ a se distātes quātū ipsi ab vnitate vsq; in infini
tū. Exēplū 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21. 23. 25. 27. 29. 31. 33.
35. 37. 39. igit̃ 3. distat ab vnitate p 2. numerabit igit̃ duo
bus intermissis 9. & iterū duobus 15. ac sic in infinitum:

& ita 5. distat ab vnitate per 4. numerabit 4. intermissis 15. aciterum aliis 4. imparibus intermissis 25. & sic in infinitum & ita de aliis.

7 Est autē propriū quoddam numeris primis vt vel in se ducti vel in alios primos, non reddant numerum aliis preterquā componentibus compositum, veluti 5. in se facit 25. hic ab alio quā a 5. numerari non potest.

8 Sunt & numeri cōpositi q̄ tñ adinuicē sunt primi veluti 10. & 9. sunt cōpositi. nā 2. & 5. numerāt 10. & 3. numerat 9. qa tñ nullus numerus est comunis numerator dicunť inuicē primi: q aūt comuni numero numerantur sunt cōpositi veluti 15. & 20. numerantur comuniter ab vno numero qui est 5. ex prima aūt septimi euclidis liquet oēs numeros q vnitate tm̄ differūt esse contra se primos: aut etiā si alio numero primo differāt q ambos nō numeret. Exēplū primi 39. & 40. sunt contra se primi neccessario: & similiter 32. & 39. quare &cæ.

9 In omni supparticulari proportione termini toti sunt in ordine sue proportionis: quotus est numerus differentie maioris ad minorē. Exēplum 40. ad 30. est sexquitertia diferentia est 10. igitur sunt decimi in tali proportione & 9. alii sunt ante eos vt 4. & 3. ac 8. & 6. & 12. & 9. & ita de reliquis vsq; ad 40.

10 Omnis ꝓportio inter tres terminos cōstituta ad ꝓportionē minorē sensim reducit᷑ donec ad æqualitatē perueniat hoc mō: deducas minorē terminū ex medio: ac duplū residui cū minore termino ex maiore: & hoc residuū cū primo residuo & minore termino sunt etiā ꝓportionalia. Exēplū vt 128. 32. 8. deduco 8. de 32. fit 24. ꝓ secūdo termino: duplo 24. fit 48. addo 8. fit 56 deduco ex 128. remanēt 72. igit᷑ cū 8. 32. 128. essent in quadrupla ꝓportione erūt 8. 24. & 72. in tripla eodē mō reducet᷑ ad duplam, deinde ad simplam siue æqualitatis:

Exēplum in sexquialtera vt 4.6.9. deduco 4. ex 6. remanēt 2. deduc 4. ex 9. remanēt 5. a quo deme duplum 2. quod est 4. remanent 1. igitur 4.2.1. sunt in dupla proportione, vnde iterata deductione remanebunt 1. & 1. & 1. termini omnes æquales. Idem 9.12.& 16. in sexquitertia reducuntur ad 9.3.1. que est tripla, & ita 49.21. & 9. qui sunt in proportione dupla sexquitertia.

11 Sūt & numeri lineares q e nullis cōstāt vt cū seriē nūerorū p additionē vnitatis intelligimus, vt 2.3.4.5. sunt & supfitiales, alii quidē secundū euclidem qui tantū multiplicatione coalescunt, veluti 15. & 20. latera 3. & 5. vel alterius 4. & 5. secūdū boetiū aūt ēt agregatione constāt sunt & solidi qui trina multiplicatione fiunt, veluti 24. ex 4. in 3. & 2. nā 4. in 3. facit 12. & 12. in 2. facit 24.

12 Sunt & numeri trigoni quadrati pētagoni exagoni eptagoni atq; in infinitū supfitiales oēs, vocant autē ita a supfitiebus quas implere possunt p vnitates, vel si disponant vnitates cōuenienter formā illā refferūt. sunt igit trigoni q ex naturali numerorū serie coalescunt veluti 1.2.3.4.5.6.7. & ita de reliquis semper iunctis qui ab vnitate sunt cōsurgit numerus triāgularis: vt 1. cū 2. facit 3. igit 3. est triāgularis: adde ei sequētē fiet 6. trigonus: adde sequētē fit 10. trigonus: forma est hec veluti.

o
oo
ooo
oooo

13 Quadratus autē fit ex quolibet numero in se multiplicato, nam æquales fiunt lineatiōes: Vnde 4. ē quadratū 2. & 9. quadratum de 3. & 16. de 4. & 25. de 5.

ooooo
ooooo
ooooo
ooooo
ooooo

forma quadrati de. 5.

Sicut autem ex naturali serie numerorū trianguli conflantur, ita ex serie imparium ab vnitate quadrati: vt 1. & 3. fatiunt 4. qui est quadratus;

& addito 5. fit 9. iterum quadratus: & addito 7. fit 16. iterum quadratus: & sic de aliis.

14 Pentagoni aũt sunt q cõmode pentagonũ refferũt, veluti 5.12.22.35. fiũt aũt iunctis qbuslibet ab vnitate numeris duob⁹ intermissis: vt 1.2.3.4.5.67.8.9.10.11.12.13. iunge 1. & 4. fiunt 5. intermitte duos a 4. est 7. adde fit 12. intermitte duos a 7. fit 10. adde ad 12. fit 22. & sic addendo 13. fit 35. igitur 5.12.22.35. sunt pentagoni.

15 Sicut igit᷑ trigoni cõsurgũt ex naturali numerorũ serie, quadrati ex eadẽ vno intermisso, pentagoni ex eadẽ intermissis duobus, ita exagoni intermissis tribus, eptagoni intermissis quattuor, quare cum numeros supfitiales in quocũq; genere agregare volueris, seriẽ numeroruz cõsidera & ab vnitate oẽs agrega tot intermissis quotus fuerit numerus laterũ figure dimissis tribus, veluti volo numerũ figure 20. basiũ, demo 3. remanẽt 17. igit᷑ ad 19. addito 1. fiet figura 20. basiũ, & post hĩ intermittẽdo 17. inuenio 37. addo & fit 57. alia figura 20. basiũ, vel leuius adde numerũ semp duobus minorẽ cũ pcedẽte veluti figura 20. basiũ cõtinet 20. demo 2. fit 18. quero numerũ maiorẽ vnitate p 18. ẽ 19, & ita 19. cũ vnitate facit 20. & ita 37. ẽ maior 19. in 18. & ita 55. ẽ maior 37. in 18. igit᷑ 112. erit etiã talis vtroq; modo res redit ad idẽ.

16 Solidorũ numerorũ alii pyramidales: & si sunt æquales ex triãgularib⁹ ab vnitate assumptis gignunt᷑: nã ordo trigonorũ vt demõstratũ ẽ ponit᷑ 1.3.6.10.15.21. igit᷑ iunge 1. & 3. fit prima pyramis 4. iunge ei 6. fit secundus pyramidalis, & ita iunge 10. fit 20. pyramidalis tertius.

17 Est & aliud pyramidis genus quod basim habet quadratam aut pentagonam fit hoc per numerorum quadratorum auctionem quadratam habens basim veluti 1.4.9.16. iunge primos fiet pyramis prima 5. & si addas 9. fiet secunda 14. atq; ita tertia 30.

18 Pyramis aũt pẽtagona ex pẽtagonis numeris similiter iungit̃ vt 1.5.12.22. sunt pẽtagoni, prima pyramis 6. secũda pentagonalis 18. tertia 40. atq; sic de aliis exagonis, atq; eptagonis: quoniam vnaqueq; a suis supfitialibus gignit̃: totq; in basi possidet trigonos quot superfities nata est continere: in reliquis autem superfitiebus que in conum pueniunt vnicũ semper possidet trigonum.

19 Curte aũt pyramides in vnoquoq; genere fiunt dẽpta vnitate, vt in quadrato genere pyramides pfecte erant 5.14.30. porro dimitamus primã qa adẽpta vnitatẽ ex nullo cõstaret, erit igit̃ pyramis curta 13. & 29. & eodem mõ in aliis generibus vt in pentagona 17. & 39. fiẽt curte pyramides: q; si pximus etiã ab vnitate numerus superfitialis detrahat̃ fiet bis curta pyramis, vt detracto a 39. ẽt 5. remanebit bis curta pyramis 34. solis 22. & 12. pẽtagonis numeris cõstãs: ppriũ.n. pyramidis ẽ in vnitatẽ tamquã conũ terminare si pfecta eẽ debet: q̃to autẽ magis decurtat̃ eo plus dilatat̃ & impfectior euadit.

20 Cuborũ aũt generatio fit ducta radice cuiuslibet quadrati numeri in suũ quadratũ: vt 2. in 4. facit 8. cubum: & 3. in 9. facit cubum 27. & ita de reliquis.

21 Fiũt & laterculi numeri quotiẽs alius numerus a radice in quadratũ ducit̃: vt 3. in 4. fiũt 12. & 6. in 9. fiũt 54: & similiter 5. in 4. fiũt 20. oẽs admodũ laterũ lõgiores aut latiores quã pfundi: attamẽ omnibus angulis rectis cõstãt: & cubis sunt similes: sunt q qñ quadratũ in minus radice ducit̃ laterculos: cũ in maius asseres pduci affirmẽt: cũ vero lõgitudo latitudo & pfunditas inequalia omnia sunt: boniscos procreari crediderunt: veluti ductis 5.3. & 2. inuicẽ pducitur 30. q bomiscus erit.

22 Sũt & numeri supfitiales nõ æqualiũ laterũ, diuersorũ generũ: veluti parte altera lõgiores: cũ duo numeri sola vnitate differẽtes multiplicant̃ veluti 7. in 8. fit 56. q al-

tera parte lõgior dicit & eodẽ mõ 3. in 4. fit 12. Cũ vero plus vnitate discrepant ante lõgior dicit vt 35. ex 7. & 5. procreatur quorum differentia vnitate maior est.
23 Sũt & superfitiales similes quorũ latera sunt ꝓportionalia: veluti 24. & 6. nam latera 24. sunt 4. & 6. ducta.n. in inuicem ꝓducunt 24. latera autẽ 6. sunt 2. & 3. est autẽ ꝓportio 6. ad 3. veluti 4. ad 2. erũt igitur similes numeri 24. & 6. constat autẽ ex hoc quod omnes numeri quadrati inuicem similes sunt & cuncti compositi suis quadruplis vt 15. ad 60. & 21. ad 84.
24 Sũt & numeri circulares qui cũ in se ducunt reddunt in simile: tales sunt oẽs ꝓducti a numeris quorũ terminatio est in 0. vel 1. vel 5. vel 6. vt 5. in 5. ꝓducit 25. & 10. in 10. ꝓducit 100. & 16. in 16. ꝓducit 256. & 11. in 11. producit 121. dicetur igitur 121. circularis: & 11. centralis: & si ductus fuerit 11. in 121. qui inde producetur erit. sphericus: vt 1331. & ita 125. erit sphericus: & 25. circularis: & 36. circularis: & 216. sphericus, & 100. circularis, & 1000. sphericus, & ita de aliis.
25 Porro quadratis ꝓpriũ videt vt ab impari ꝓcedãt, nã in quolibet genere ꝓportionũ ab vnitate inchoato tertii sunt quadrati, & quinti & septimi atq; ita deinceps, cubi aũt pares sunt opposita rõne nã in tripla 27. quartus est ab. vnitate: & 64. in quadrupla, & ita de reliquis, sicut in tripla 9. quia quadratus est tertius est ab vnitate. & in dupla similiter 4. est, tertius, concluditur igitur quadratos imparium. cubos parium rationem habere, quoniam talibus ab vnitate locis semper consideant.
26 Vnitas vero cũ numerus nõ sit & quadratum, & trigonus, & radix, & pẽtagonus, & pyramis, & cubus, & circulus, & sphera esse videtur, atq; in omni genere q̃ imperfectionẽ nõ admittit iure locari debet, nã laterculus aut altera parte lõgior eẽ nõ põt, quãobrẽ diuini miste-

rii maximā similitudinē in ea latere neccesse ē imperfe ctū.n.nihil admitit,in oēs potest numeros,prima perfe ctorū est numerorū,non solū omnis perfectionis habū de capax,sed in omni pfectionis genere perfectissima.

27 Sunt & proprietates numerorū quedā non contemnē de,veluti cū duo numeri inuicem ducunt̃ ,pductū est medio modo ,pportionale inter quadrata illorū,veluti 7.&10.ducta inuicem ,pducunt 70.est q; 70.mediū in proportione inter 100.quadratū 10.& 49.quadratū 7.

28 Et cū duo numeri aliquem multiplicauerint, aut diui serint,erit quod fit ex duobus in eadē ,pportione, duca tur 10.in 3.& ,pducitur 30.& 3.in 7.,pducitur 21. quorū ,pportio est vt 10.ad 7.& diuidatur 3.per 10.exit $\frac{3}{10}$.& 3. per 7.exit $\frac{3}{7}$,erit proportio $\frac{3}{7}$ ad $\frac{3}{10}$ vt 10.ad 7.

29 Et si diuidāt se numeri inuicem erit proportio veluti primorum duplicata,veluti diuidat 10.ipsum 7.exit $\frac{7}{10}$. & 7.diuidat 10.exit 1 $\frac{3}{7}$,proportio 1 $\frac{3}{7}$ ad $\frac{7}{10}$,est veluti 10. ad 7.duplicata & hec eadem erit vt quadrati 10.quod est 100.ad 49.quadratum 7.

30 Cūq; iunxeris duos numeros,erit proportio totius ad vtrāq; partem,vno plus relique partis ad partem, velu ti 10.& 7.fatiūt 17.,pportio 10. ad 7.ē suptripartiēs sep timas,igitur 17.ad 7.dupla supertripartiens septimas.

31 Et cū diuiseris totū p duas partes cōponētes ipsuȝ, erūt ,pdeuntia in eadē proportione vt patet ex p̄dictis,& tā tū fatiūt multiplicata quātū agregata,veluti diuidatur 17.p 10.& p 7.exeunt 1 $\frac{7}{10}$ & 2 $\frac{3}{7}$ que sunt in ,pportione 10.ad 7.iunctaq; simul fatiunt 4 $\frac{9}{70}$ & ducta etiam in uicem producunt 4 $\frac{9}{70}$ & est quid mirum.

32 Sunt & numeri cretici & sunt 7.& 20. & oēs cōpositi ex his vt 14.27.34.40.47.54.60.67.74.80.& sic vsq; ad annū,& in his accidūt vere & fortes crises, & dimidiū horū dicunt̃ indicatiui vt 4.11.17.24.31.& reliqui.

Qui vero sunt extra hos duos ordines vel propter inor-
dinationem nature, vel propter fortitudinem accessio-
nis, vel propter vehementiam morbi, vel propter erro-
rem in egro vel astantibus, vel medicis, adueniunt, &
hoc est testimonium aliud virtutis numerorum.

33 Numeri ẽt superfitiales similes inuicem ducti produ-
cunt semper quadratum vt 6. & 24. ꝓducũt ducti 144.

34 Omnis etiam numerus primus ad eum quem nume-
rat est compositus, vt 7. ad 49. & hoc nota.

35 Omnis etiam numerus quadratus ex tot imparibus cõ
ponitur quotus est radix, vt 64. ex 8. imparibus, 100. ex
10. imparibus.

36 Numeri congruentes inueniũtur hoc modo capias du
os numeros sola vnitate differẽtes vt 2. &
3, in quibuslibet.n. ratio tenet iunge fatiũt
5. duc vnum in alterum fiunt 6. duc 6. in 5.
fit 30, quadrupla semper fit 120. congruit
aũt 120. ad 169. nam additus facit 289. qua
dratum 17. & sublatus a 169. facit 49. qua-
dratum 7. & 169. est quadratum 13.

2	3
5	6
30	120
4	5
9	20
180	720

37 Inuenitur autem congruens ex eisdem
hoc modo quadra 2. fit 4. & 3. fiunt 9. iũge fiunt 13. qua
dra 13. inuenisti 169. qui est congruens, & ita semper in-
uenies quadratuȝ tale quod æqualiter distabit a quadra
tis per additionem & diminutionem.

38 Et cum detraxeris a quadrato impari vnitateȝ quadra
tum medietatis adiunctum primo quadrato quadratũ
facit & hoc in infinituȝ, sit impar 25. demo 1 fit. 24. qua
dratum medietatis 144. adde 25. fit 169.

39 Et hoc dicunt multi quoniam dantur numeri planeta
rii & nos ponemus eos verum in assignatione planeta-
rum est conuersus modus tenendus conuenit.n. vt plu-
res numeri superioribus tribuantur & sunt hi.

Luna.

4	9	2
3	5	7
8	1	6

Mercurius.

4	14	15	1
9	7	6	12
5	11	10	8
16	2	3	13

Iupiter.

8	58	59	5	4	62	63	1
49	15	14	52	53	11	10	56
41	23	22	44	45	19	18	48
32	34	35	29	28	38	39	25
40	26	27	37	36	30	31	33
17	47	46	20	21	43	42	24
9	55	54	12	13	51	50	16
64	2	3	61	60	6	7	57

Sol.

6	32	3	34	35	1
7	11	27	28	8	30
19	14	16	15	23	24
18	20	22	21	17	13
25	29	10	9	26	12
36	5	33	4	2	31

Saturnus.

37	78	29	70	21	62	3	45	5
6	38	79	30	71	22	63	14	46
47	7	39	80	31	72	23	55	15
16	48	8	40	81	32	64	24	56
57	17	49	9	41	73	33	65	25
26	58	18	50	1	42	74	34	66
67	27	59	10	51	2	43	75	35
36	68	19	60	11	52	3	44	76
77	28	69	20	61	12	53	4	45

Venus.

11	24	7	20	3
4	12	25	8	16
17	5	13	21	9
10	18	1	14	22
23	6	19	2	15

Mars.

22	47	16	41	10	35	4
5	23	48	17	42	11	29
30	6	24	49	18	36	12
13	31	7	25	43	19	37
38	14	32	1	26	44	20
21	39	8	33	2	27	45
46	15	40	9	34	3	28

Habēt autē comune vt ex omni latere & trāsuersaliter
eundē pficiāt numerū. Luna 15.mercurius 34.venus 65.
sol 111.mars 175.iupiter 260.saturnus 350.coueniūt etiā
ꝙ nullus numerus repetitur, & ꝙ vnitatis additione ꝓ
gressio firmatur ad quadratum, ꝓcedūt etiā diametrali
ter ꝑ æqualia augumēta oēs. Quidā etiā habent in vtra
ꝗ diametro vt saturnus series cōstitutas, vnū ē artifitio
maximo talia inuēta esse, [redacted]

40 Et ē triplex ꝓprietas in nouenario, prima ꝙ ipse mēsu
rat æquali excessu agregatū ex litteris cōgregatis & nu
merū significatū ꝑ illas. secūda ꝙ nullationes nō mutāt
superfluum eius. tertium ꝙ æqualiter mensurat litteras
vno modo & conuerso, vnde 9. in 43. & in 34. æquale re
linquit superfluum quod est 7.

41 Et est ꝓprietas in denario numero, cuius nemo adhuc
rōnem potuit inuenire, sicut nec in philosophia cur lu-
mē calefatiat cū calidum non sit, ita cur post denariū
numeri iterū ad idē redeant nec possit vltra, alia rō nu
merorum inueniri, non.n.ita est vt dicunt ꝙ nouenari-
us sit numerorum nouissimus, licet denario propriam
litteram non inuenerint sed nullitatem supposuerint vi
de in problen matibus, aristot.

42 Cū quotlibet numeros in ꝓportione supparticulari in
uenire desideras primū statue numerum talē in ordine
multiplicis ei correspōdētē, veluti volo quattuor nume
ros in sexqtertia cōtinue ꝓportionatos, accipe ꝓ primo
eorum 27. q est quartus in ordine triple ab vnitate, sic
1.3.9.27. & sic volo in sexquiseptima 7. numeros conti
nue ꝓportionales accipe septimū in septupla ꝓportione
sic. 1.7.49.343.2401.16807.117649. igitur si constitueris.
117649. terminum minorem, habebis 7. terminos in cō
tinua proportionalitate sexquiseptupla, ex nona & deci
ma octaui euclidis.

43 Cũ fuerint due q̃titates eiuſdẽ generis ſiue rõnales ſiue irrationales & agregatũ ex ambab⁹ p vtrãq; fuerit diuiſum, & ꝓueniẽtia iũcta iterũ diuiſa, ꝓdibũt prima exeũtia, veluti dictũ ẽ de duabus q̃titatib⁹ in trigeſima ꝑma regula iũctis, diuidam⁹ 16. iũctũ ex 10. & 6. p vtrũq; exibũt 1 $\frac{3}{5}$, & 2 $\frac{2}{3}$, iuncti fatiũt 4 $\frac{4}{15}$ diuiſum 4 $\frac{4}{15}$ p 1 $\frac{3}{5}$ producit 2 $\frac{2}{3}$ & per 2 $\frac{2}{3}$ producit 1 $\frac{3}{5}$: & hoc volumus.

44 Et iidem iuncti ꝓducunt prima exeũtia ſi totũ diuidatur per ea nam idem omnino producitur vt dictũ eſt.

45 Et erit ſumma duobus plus, ac ſupparticulari vel ſuper partiente oppoſita ꝓportioni partiũ inuicẽ, veluti ſi eſſet dupla ꝓportio inter partes erit agregatũ ꝓueniens 4 $\frac{1}{2}$, & ſi tripla 5 $\frac{1}{3}$, & ſi quadrupla 6 $\frac{1}{4}$, in exemplo noſtro ꝓportio 10. ad 6. eſt ſupbipartiẽs tertias, agregatũ exeũtiũ ẽ 4 $\frac{4}{15}$, cuius differẽtia ab 1 $\frac{3}{5}$ eſt 2 $\frac{2}{3}$, eſt autẽ 2 $\frac{2}{3}$ conuerſum de 1 $\frac{3}{5}$, nam cũ ſit proportio vnius ad alterũ ſupbipatiẽs tertias, erit cõuerſa illius alterius ad primũ ſubpartiẽs tres q̃ntas, & hoc ẽ tertiũ vniuerſale accidẽs eis

46 Cumq; fuerit proportio eadem licet termini ſint maximi aut minimi ſemper exeuntia erunt eadem, vnde ex 6. & 10. diuiſo 16. prodeunt 1 $\frac{3}{5}$, & 2 $\frac{2}{3}$, & ſimiliter iidem ex 1600. diuiſo per 1000. & per 600.

47 Quod ſi inæquales partes fuerint, nec prodeuntia nec congregata nec multiplicata perfecte integra eſſe poſſunt, vt in omnibus exemplis experiri licet, nã ſi æquales ſint tunc vtreq; partes erunt 2. agregatum vel productum 4. in reliquis regula eſt confirmata.

48 Sextũ ẽ q̃ fractio q̃ vltra integra ẽ vt $\frac{3}{5}$. qua 4 $\frac{4}{15}$ ſuperat 1 $\frac{3}{5}$ eſt habens eundem denominatorẽ q ẽ 5. a quo ſumpta eſt proportio totalis vt 1 $\frac{3}{5}$, ſunt.n. $\frac{8}{5}$ & ita capio 9. & 3. diuido 12. exit 4. & 1 $\frac{1}{3}$, totum 5 $\frac{1}{3}$, ſuppono igit̃ 5 $\frac{1}{3}$ ſuperare 4. in 1 $\frac{1}{3}$, & triplam in 2 $\frac{1}{3}$, vt ex tertio ſuppoſito declaratum eſt, vltra vero 2. eſt $\frac{1}{3}$, cuius denominator a

tripla proportione sumptus est que inter 9. & 3. primo assumptos numeros est constituta.

49 Que aũt in duabus quãtitatibus verificant̃ repetuntur multipliciter in tribus, quattuor, & quinq;, vt a pacciolo scriptum est causa tamẽ omnium horum vna est quod cum vicissim diuidunt agregatum 4. proportionales cõstituuntur quantitates.

50 Quod si plures quãtitates continue proportionales aut etiam incontinue constituantur, ita tñ ꝙ proportiones sint similes, erit ꝓportio primi ad tertiũ veluti quarti ad sextũ & ita primi ad quartũ veluti q̃nti ad octauũ.

51 Si vero continue proportionales extiterint, agregatũ ex omnibus per omnes terminos diuisum, ꝓducit terminos eadẽ ꝓportione, veluti in vigesimasexta regula dictum est, vsq; in infinitu3, exemplum 8.12.18.27. agregatũ ẽ 65. diuido p ea exeũt 2 $\frac{11}{27}$: 3 $\frac{11}{18}$, 5 $\frac{5}{12}$, 8 $\frac{1}{8}$, horũ omniũ cõtinua ꝓportio sexq̃altera est, sequere vt in p̃cedẽte regula & ad 5. & 6. & omnes extenditur quantitates.

52 Productum totius in totum æquale est productioni totius in omnes illius partes.

53 Productum totius in seipsum, æquale est producto cuiuslibet partis in seipsam, & in omnem aliam partem, veluti diuido 10. in 5.3.2. duco 10. in se fit 100. duco 5. & 3. & 2. in se fiunt 25.9.4. summa 38. duco 5. in 3. bis fit 30. duco 5. in 2. bis fit 20. duco 3. in 2. bis fiunt 12. iungo 38. 30.20.12. fatiunt 100.

54 Productum medietatis maius est producto partium inuicem inæqualium in quadrato differentie, vt 25. quadratum 5. quod est dimidium 10. maius est paralelogramo 8. in 2. quod est 16. in 9. quod est quadratum 3. differentie inter 8. & 5. vel inter 5. & 2.

55 Ex precedente sequitur ꝙ omnis numerus qui ex duobus similibus componitur, medietate3 habet cuius qua

dratum ex duobus componitur quadratis veluti 30. cō ponitur ex 24. & 6. medietas 30. est 15. quadratū 225. cō ponitur ex 144. & 81.

56 Productū ex vtraq; parte inæquali duplum est quadrato medietatis & differentie, veluti quadrata 8. & 2. fatiunt 68. duplum ad 34. constans ex quadrato 5. quod est dimidium & quadrato 3. quod est differentia.

57 Si diuidat' quātitas p æqualia, & addat' ei alia, quadratū cōiūcti ex addita & medietate, æquale est ei q fit ex toto in additum, cum quadrato medietatis, vt 10. diuisum in 5. & additum 3. totū 8. quadratū 64. duc totum cū addito & est 13. in additū q est 3. fit 39. deinde duc medietatem que fuit 5. fit 25. adde ad 39. fit 64.

58 Cū vero duxeris totū cum addito in se & addideris quadratū additi, fiet totū duplū ad quadratum dimidii & quadratū additi cū dimidio, veluti in exemplo 13. in se ductum facit 169. & 3. in se facit 9. que iuncta fatiūt 178. cuius medietas 89. cōstat ex quadrato dimidii q est 25. & quadrato additi cum dimidio quod est 64. nā ℞. 64. est 8. qui constat ex dimidio & adiecto.

59 Cumq; diuiseris numerū siue quātitatē nā regule communes sunt in duas partes, & duxeris vnā in aliā deinde pductū per agregatū ex eo q puenit p diuisionem mutuā vtriusq; partis, fiet totū æquale quadratis ambarū partiū, idē de iūctis simul. exēplū diuido 13. in 5. & 8. deinde multiplico 8. in 5. fit 40. diuido 8. p 5. exit 1 $\frac{3}{5}$, diuido 5 per 8. exit $\frac{5}{8}$, agrego 1 $\frac{3}{5}$ & $\frac{5}{8}$; & fiunt 2 $\frac{9}{40}$: duco in 40. prius productum & fiunt 89, & hoc æquatur quadratis ambarum partium, nam 8. in se facit 64. & 5. in se facit 25. que iuncta fatiunt 89.

60 Cūq; diuiseris numerū in duo, erit quadratum totius & vnius partis simul iuncta, æqualia ductui totius in eandem partem bis & quadrato alterius partis, exem-

plum diuido 8.in 5.& 3.duco 8.in se fit 64.duco 3.in se fit 9.adde ad 64.fit 73.duc 8.in 3.bis fit 48.duc 5.in se fit 25 adde 48.fit 73.

61 Cũq; diuiseris numerũ & addideris aliũ æqualem vni parti eius, erit quadratũ totius cõpositi æquale ductui prioris numeri in partẽ adiectã quatter, cũ quadrato alterius partis, exemplum diuido 8.in 5.& 3.addo 3.æquale vni parti, totum fit 11. quadratum eius 121. hoc est æquale ei quod fit ex 8.in 3.quater quod est 96. nam 4. in 24.producit 96.addito ergo quadrato 5. alterius partis & est 25.totum fit 121.

62 Cum fuerint tres numeri ab vnitate continue proportionales erit secũdus radix quadrata tertii, & si fuerint quattuor eirt secundus ℞.cubica quarti & ita de aliis.

63 Cũ diuiseris eundẽ numerũ in duas quãtitates maioris differẽtie & duas minoris, paralelogramũ minoris differẽtiæ partiũ, maius erit reliquo q̃ o q̃dratũ medie differentie maioris, excedit quadratum medie minoris.

64 Cũ fuerint duo numeri quadrati ꝑductũ eorũ erit quadratus, vt 4.in 9.facit 36.igit̃ 36.quadratus est.

65 Cũ fuerint duo numeri cubi qui inde ꝑducet̃ erit cubus, veluti 8.in 27.facit 216.qui est cubus de 6.

66 Si fuerint numeri cõtinue ꝓportionales erũt & quadrati eorũ cõtinue ꝓportionales, & similiter.cubi eritq; proportio quadratorũ veluti priorũ numeroꝝ duplicata, cuborũ vero veluti priorũ numerorum ꝓportio triplicata.

67 Cum fuerint duo numeri supfitiales similes habebũt tertium in continua proportionalitate medium, quod si habuerint erunt similes.

68 Si fuerint duo numeri solidi similes duos habebunt intermedios numeros in continua proportionalitate dispositos, quod si habuerint erunt solidi similes.

69 Possibile est duos numeros superfitiales similes, esse cõ

tra se primos vt patet ex precedenti vt 8. & 27.

70 Si numerus quadratus quadratũ numerũ numeret, radix radicem numerabit, si nõ, nõ, & similiter de cubis:

71 Numerorũ superfitialiũ similiũ, proportio est ex laterũ proportionibus composita, quod si sint similes erit proportio eorum veluti quadrati alicuius ad aliquem quadratum: eritq; lateris ad latus duplicata.

72 Numerorũ vero solidorum proportio similiter ex proportiõibus laterũ constat, diciturq; proportio octo quãtitatũ: q si similes fuerint erit proportio alterius ad alterum, veluti alicuius cubi ad aliquem cubum: ac veluti lateris ad latus proportio triplicata.

73 Si in aliqua proportionalitate cõtinua fuerit aliquis numerus quadratus, tertius semp ab illo quintus & septimus & sic in infinitum erit quadratus, q si aliquis fuerit cubus quartus & septimus & decimus & sic in infinitum semper erit cubus.

74 Si fuerit proportio duorum numerorum superfitialiũ veluti quadrati ad quadratum, ipsi erunt similes, & similiter solidorum si fuerit proportio sicut cubi ad cubum ipsi erunt similes.

75 Si fuerit pportio quadrati numeri ad aliũ numerũ, sicut quadrati ad quadratũ, ille alius numerus quadratus erit: & similiter si fuerit cubi ad numerũ veluti cubi ad cubum, ille alius numerus erit cubus. Ex hac seq tur q in proportione que ẽ inter numerum quadratũ & nõ quadratum nũquã inuenient duo numeri quadrati & hec est clauis decimi euclidis admirabilis.

76 Omnis ℞. quadrata numeri cubi est numerus cubus.

77 Si fuerint plures numeri continue proportionales in sua proportione minimi, agregatum ex omnibus ad quemlibet illorum erit primus.

78 Si fuerint duo numeri cõtra se primi, quãtus ẽ primus

ad secũdũ

ad secũdũ tantũ esse secũdũ ad tertium est impossibile:
Hęc regula facile seiungi poterũt questiones numerorũ integrorũ ab his que solis surdis perfici possunt, que doctrina ex septimo & octauo & nono euclidis excipit'.
Et nota ꝙ non dixi integris aut fractis, quoniam omnis quęstio solubilis per numeros fractos, põt etiã solui per integros, & ideo non separaui vnum ab altero.

79 Omnis numerus minimus numeratus ab aliquot numeris, numerat oẽs numeros numeratos ab illis, veluti 105. numeratur a 3.5. & 7. & ẽ minimus quem illi numerant, numerabit ergo omnes numeros numeratos a 3.5.7. vsqꝫ in infinitum. veluti 210. & 315.

80 Omnes numeri cõpositi & in sua ꝓportione nõ minimi, numerant' a minimis eiudẽ ꝓportionis ęqualiter veluti 24.36.100. & 140. qui sunt in proportionibus sexqaltera & dupla supatripartiẽs septẽ nonas, & supbipartiẽs quintas, numerantur a 6.9.25. & 35. qui sunt in eisdẽ ꝓportionibus minimi, per eundem numerum q̃ est 4.

81 Ex hac etiã dicemus ꝙ cũ fuerint duo numeri, & inter eos alii duo vel tres vel quolibet cõtinue ꝓportionales totidẽ inter alios in eadẽ ꝓportione existentes inueniri neccesse est: ex quo sequit' ꝙ inter duos numeros existẽtes in proportione duorũ minimorũ, inter quos non cadit numerus medio mõ ꝓportionalis, nunq̃ cadet numerus aut numeri vsqꝫ in infinitũ, veluti inter 3. & 5. nõ cadit numerus aut numeri in cõtinua ꝓportionalitate, igit' nõ cadent inter vllos existentes in proportione 5. ad 3. vt inter 40. & 24. & hoc vsqꝫ in infinitum:

82 Seqtur etiã ꝙ cũ inter duos numeros solũ vna proportione vnus cadat intermedius, & alia duo, & alia tres, Ita in alia proportione existẽtibus ille ꝓportiones intermedie cadere nõ possunt: veluti dicã inter 9. & 4. cadit 6. & 9. & 4. sunt in ꝓportione dupla sexqquarta: igit' nõ

cadet medium in ꝓportione sexqaltera inter terminos sub alia ꝓportione existētes, & vniuersaliter omni ꝓportioni cōposite, limitate sunt in numero terminorum sue componētes: & hoc etiam in surdis: & ita si statuas 10. & 2. solum vno modo licebit vnum intermedium terminum inuenire: vel duos alia proportione certa & data: vel tres alia & sic de singulis.

83 Seqtur etiā ꝙ cū ex cōiūcta & disiūcta & æqua ꝓportionalitate de qbus dicet̄ sit proportio totius agregati terminorū vnius ꝓportionis, ad agregatū alterius, veluti termini ad terminū: sic etiā in cōtinuis ꝓportionalitatibus vt dictum ē etiā in regula hac: veluti si cōgreges 140.100.36.24. simul fatiūt 300. & itē 35.25.9.6. fatiunt 75. ꝓportio 300. ad 75. est veluti 140. ad 35. & 100. ad 25 & 36. ad 9. & 24. ad 6. Vnde ex hac soluunt̄ ille inumerabiles q̄stiones difficiles diuidēdi numeros in partes cōtinue ꝓportionales cū certis cōditionibus, nā supponere potes nihil esse diuidēdū sed operatio fiat cū cōditionibus in numeris ꝑ te inuētis, deinde congrega & ꝑ regulam 3. habebis partes illius numeri eodem modo proportionatas, ita ꝙ conditio diuisionis nihil addit in difficultate nisi in certis casibus terminate quātitatis.

84 Cū diuiseris numerū in partes ꝑ numerū, & post per plus aut minus, erit ꝓportio differētie aduētus secundi, ad primū, veluti totius diuisoris ad primū diuidentem Exēplū diuido 12. ꝑ 4. exit 3. diuido mō ꝑ 4. p̄. 2. exit 2. differētia ē 1. qui ē medietas de 2. & tertia pars de 3. ita 2. additū ad diuisorē est medietas de 4. primi diuisoris: & tertia pars de 6. secūdi diuisoris: sicut igit̄ ꝓuentus secūdi ad primū, ita diuisoris primi ad secūdū & ecōuerso si qs igit̄ dicat diuisi rē ꝑ 4. & ꝓuenit decima cēsus: qd si diuiderē ꝑ 6. erit ꝑ regulā 6. ad 4. veluti decime cēsus ad ꝓuētū secūdū fac ꝑ regulā triū & exibit $\frac{1}{15}$ cēsus: &

si dicat vellē diuidere p 3.eodē mō sicut 3.diuisoris secū di ad primū diuisorē 4.ita decime cēsus puētus primi ad puentū secūdum duc 4.in decimam cēsus fit $\frac{4}{10}$ diuide per 3.exit $\frac{2}{15}$ census.Ex hac regula diuides per p̄. et m̄.ad libitum.

85 Omniū quattuor,quātitatū cōtinue pportionaliū proportio agregati earū ad cōiunctū ex secūda & tertia,ē veluti prime & tertie simul ad secūdam vt 8.12.18.27. agregatū 65.agregatū ex secūda & tertia 30. proportio 65.ad 30.veluti 26.agregati ex prima & tertia ad 12.quātitatē secundā & similiter pportio tertie & quarte ad primam & secundam veluti tertie ad primam superius etiam generalius hoc diximus experiare a coniuncta. n.proportionalitate pendet.

86 Prouentus vnius quātitatis diuise per quotlibet quātitates,siue continue siue incontinue proportionales,sunt eodem modo proportionales.

87 Si fuerint 4.quātitates incōtinue tñ pportionales,quarū supfitialis numerus prime in secūdā,æquet quadratis tertie & quarte pariter acceptis,erūt quadrata prime & secūde inuicē ducta,tm̄ quātū q̄ fit ex earū supfitie in quadrata tertie & quarte pariter accepta. Exēplum 4.& 2.sunt in pportione dupla R̸.40.& R̸.10.similiter ex trigesima regula huius:igit cū R̸.40.in R̸.10. producat 20.q est æqualis quadratis 4.& 2. pariter acceptis, dico q̄ quadrata R̸.40.& R̸.10.inuicem ducta & sunt 400.æquantur ductui eius quod fiebat ex R̸. 40.in R̸. 10.& fuit 20.in quadrata 4. & 2. pariter accepta nam 20.in 20.producit 400.

88 Cū fuerint 4.quātitates cōtinue proportionales , quod ex ductu prime in secūdā & pducti in tertiā ac iterum pducti in quartā,æquū erit ductui supfitialis numeri pducti ex prima in quartā,& secūda in tertiā veluti 8.12.

18.27.duco 8.in 12.fit 96.& hoc in 18.fit 1728.hoc iterũ in 27.fit 46656.duco 8.in 27.fit 216.& iterũ 12. in 18. fit 216.duco 216.in 216.& fit 46656.

89 Cum fuerint 4.quãtitates quomodolibet sumpte,erit quadratũ agregati earũ æquale quadratis singularum partiũ & ductui vniuscuiusq; in reliquas oẽs, verificat & hoc in omnibus quãtitatibus & pendet ex quinqua gesimatertia regula ibi habes exemplum de 5.3.2.

90 Omniũ triũ quãtitatũ cõtinue ꝓportionaliũ cubus secunde quãtitatis,est æqualis ductui omnium quãtitatum inuicem:veluti 4.6.9.cubus 6.est 216. duco 9. in 6. fit 54.duco 54.in 4.fit 216.

91 Omniũ triũ quãtitatũ cõtinue ꝓportionaliũ ex quarũ diuisione alicuius numeri ꝓuentus cõgregati ipsarum agregato æquari debeat,media illius numeri radix erit nã eedẽ neccessario eueniunt qm̃ agregatũ est idem ex supposito,& ꝓportio exeuntiũ eadẽ ex regula quadragesimanona,quare cũ semp ꝓductũ ex primo in tertiũ sit æquale quadrato secundi ex his que dicentur in regula 3.quãtitatum igitur conuenit vt medius sit radix numeri diuidendi.

92 Cũ fuerint aliquot quãtitates quomodolibet inuicem ducte,si ꝓductũ diuidat p vnã reliquarũ,ꝓductũ aduenict:veluti 3.5.7.ꝓducũt 105.igit diuiso 105. p 7.exit ꝓductũ 5.in 3.quod est 15.& diuiso 105. per 5. exit productum de 7.in 3.quod est 21.& ita de omnibus.

93 Et similiter deriuat hoc ꝙ cũ fuerint tres quãtitates cõtinue ꝓportionales,& alie due in eadem proportione, ꝙ fit ex duabus maioribus iunctis in minorẽ duarum, Idem fiet ex duabus minoribus iunctis in maiorẽ,veluti 12.6.3.& 10.& 5.iunge 12,& 6.fit 18.duc in 5.fit 90.& sic ex 3.& 6.iunctis in 10.fit etiam 90.

94 Pendet hec ex dicẽdis in regula 3.cũ fuerint tres quãti

tates cõtinue proportionales, ꝙ ex ductu vniuscuiusq; partis in alterã fiet, si diuidat̃ p duplatũ agregatũ omnium, exibit secunda quãtitas, velut 4.6.9. productum 9. in 4. & 6. est 90. & 6. in 4. & 9. est 78. & 4. in 9. & 6. est 60. iunge fiunt 228. diuide per duplum agregati quod ẽ 38. exit 6. quãtitas secunda.

95 Sunt & numeri climaterici a septem climatibus deducti auerroes ita existimat hominibus pernitiosi, nos aũt in libro de rerũ varietate declarauimus non 7. sed 20. & 9. esse considerandos, veluti 20.40.60.80. & 9. 18. 27. 36. propterea 63. & 80. & 81. sunt valde pernitiosi cũ due numerorũ series malefice cohereant in ætate deffecta.

96 Sunt & q oblectent̃ puerilibus numeris aut distinctis aut similibus veluti 222222. vel 353535. quos multiplicã do aduenire desiderãt, hoc si diuiseris numeros habebis ex quorum multiplicatione proueniant stultum est. n. talibus nugis operam dare.

97 Cũ volueris diuidere numerũ aliquẽ in duas partes tales ꝙ diuisa vtraq; parte p reliquã exeuntia iuncta fatiant vt pote 4. vel aliũ numerũ, tunc diuides 4. vel numerum quẽ euenire desideras in duas partes tales ꝙ inuicẽ multiplicate ꝓducãt vnitatẽ, & tales partes erunt ꝓuentus partiũ numeri primo ꝓpositi se mutuo diuidentiũ. Exẽplũ diuide 12. in duas partes ex quarum mutua diuisione proueniat 5 $\frac{1}{5}$ tunc diuide 5 $\frac{1}{5}$ ꝙ vis ꝓuenire in duas partes que inuicem multiplicate producãt 1. & tales erunt 5. & $\frac{1}{5}$ nam 5 & $\frac{1}{5}$ inuicẽ ducte fatiunt 1. dico igitur quod prouentus partium 12. mutuo se diuidẽtiũ agregantes 5 $\frac{1}{5}$ in prima sui diuisione producent 5. & $\frac{1}{5}$ & erunt 10. & 2.

98 Cũ volueris diuidere 12. gratia exẽpli in duas partes ita ꝙ maiore p minorẽ diuisa ꝓdeat aliqs numerus puta 5 tunc adde semp 1. ad numerũ quẽ ꝓuenire desideras

& p ipsum diuide numerũ diuidẽdum, ꝙ exit ẽ minor pars qua detracta a numero diuiso relinquitur maior. Exẽplũ volo vt ex diuisione maioris partis 12. p minorem exeat 5. addo 1. ad 5. fit 6. diuido 12. p 6. exit minor pars q̃ ẽ 2. hanc subtrao ex 12. remanẽt 10. diuiso igitur 10. p 2. exit 5. & ita p hanc & ꝑcedentẽ potes diuidere quemlibet numeruȝ in duas partes tales ꝙ vna per aliam diuisa prodeant duo numeri agregantes quem vis numerum operãdo primo p ꝑcedentẽ deinde p hanc.

99 Cũ diuiseris vnũ numerũ p aliũ: & diuiseris aliũ tertiũ numerũ per ꝓuẽtũ, & hunc ꝓuẽtũ vltimum addideris tertio numero, & totum diuiseris p primum diuisorẽ: ꝙ exit ẽ tm̃ quãtũ agregatũ ꝓuẽtuum tertii numeri diuisi p primũ & secundum. Exẽplum sit 24. quẽ volo diuidere p 2. & 3. diuido 3. p 2. exit 1 $\frac{1}{2}$, diuido 24. p 1 $\frac{1}{2}$ exit 16. addo 16. & 24. fiunt 40. diuido 40. p 2. exit 20. & tm̃ prouenit diuiso 24. p 3. & p 2. exeunt. n. 12. & 8. q̃ iuncta fatiunt 20. & idẽ ꝓcedit si diuideres 2. p 3. exit $\frac{2}{3}$ diuide 24. p $\frac{2}{3}$ exit 36. adde ad 24 fit 60. diuide 60. p 3. exit 20. vt prius. Et ita in denominationibus volo diuidere 1 cu. p 1 ce. ꝑ. 1 co. & p 1 co. ꝑ. 1. diuido 1 ce. ꝑ. 1 co. p 1 co. ꝑ. 1. exit 1 co. diuido 1 cu. p 1 co. exit 1 ce. addo ad 1 cu. fit 1. cu. ꝑ. 1 ce. diuido 1 cu. ꝑ. 1 ce. p 1. co. ꝑ. 1 exit 1 ce. & hoc est quod prouenit ex agregato prouentus 1 cu, diuisi per 1 ce. ꝑ. 1 co. & 1 co. ꝑ. 1.

	24	
2		3
	1 $\frac{1}{2}$	
	16	
	40	
	2	
	20	

1 cu.
1 ce. ꝑ. 1 co. 1 co. ꝑ. 1.
1 co.
1 ce.
1 cu. ꝑ. 1 ce.
1 co. ꝑ. 1.
1 ce.

100 Cum volueris diuidere numerum vt partes certum multiplicate producant numerum quadra medietatẽ illius numeri diuidendi & a producto auferes nume-

rum quem vis producere & ℞.residui addita & dimi-
nuta a dimidio constituit tales partes.
Veluti volo diuidere 7.in duas partes que inuicem mul
tiplicate producant 10. diuido 7. per æqualia fiunt $3\frac{1}{2}$
quadro $3\frac{1}{2}$ fit $12.\frac{1}{4}$ detrao 10.remanēt $2\frac{1}{4}$ capio radicem
$2\frac{1}{4}$ & est $1\frac{1}{2}$ detrao a $3\frac{1}{2}$ fit 2.addo ad $3\frac{1}{2}$ fit 5.& ita par
tes que multiplicate producunt 10.sunt 5.& 2.
101 Et ex hoc sciemus diuidere numerum in duas partes
quarum quadrata iuncta fatiāt determinatum nume-
rum quadrabimus.n.diuidēdū & ab eo quadrato aufe
remus numerū quē volumus ꝙ agregēt quadrata par
tiū & residuū diuidemus p aequalia deinde p p̄ceden-
tē taliter diuidemus numerū diuidēdum ꝙ partes inui
cem multiplicate producant illam medietatem tales
partes erunt quesite videlicet quarum quadrata iūcta
fatient numerum propositum.
Exēplū volo diuidere 7.in duas partes quarū quadrata
fatiāt 29.quadro 7.fit 49.detrao 29.remanent 20. diui
do 20. fiūt 10.tunc p p̄cedētē diuidā 7.in duas partes
ex quarum multiplicatione vnius in alteram fiat 10.
& tales erunt 5.& 2. igitur 5.& 2. erunt partes quesite
quarum quadrata iuncta sunt 29.
102 Et ex his habebimus duos numeros quorū quadrata
iūcta fatiāt certū numerū,& ex ductu vnius in alterum
qcūqꝫ alius numerus ꝑducatur vt volo duos numeros
quorū quadrata iūcta sint 30.& ꝑductū vnius in alterū
sit $9\frac{1}{2}$ duplica $9\frac{1}{2}$ fit 19.adde ad 30.fit 49. accipe ℞.que
ē 7.tunc p centesimā regulā diuides 7. in duas partes
q̄ inuicē multiplicate ꝑducāt $9\frac{1}{2}$ & tales eruntquarum
quadrata iuncta fatiunt 30.& ita faciliter soluitꝰ q̄stio
q̄ p algebra ē difficilior.pōt etiā solui p quātitatē surdā
103 Et ex hoc etiā habebimus ꝙ si qs dicat diuide gratia
exēpli 10.in duas partes ita ꝙ agregatū prouenīētium

ex mutua diuisione, cũ diuiserit quadrata vtriusq; par-
tis, ꝓdeuntia fatiãt iuncta puta 16. sufficit diuidere 10.
in duas partes q̃ inuicẽ ducte fatiãt 16. & tales erũt 8. &
2. ex quarũ mutua diuisione ꝓducit agregatũ 4 $\frac{1}{4}$: cuz
igit diuiseris quadrata 8. & 2. que sunt 64. & 4. p 4 $\frac{1}{4}$ &
exeuntia iunxeris fiet agregatum 16. vt patet.

104 Cũ fuerint quotlibet quantitates ꝓportionales conti
nue vel incõtinue, tm̃ ꝓducit ex extremis inuicẽ ductis
quãtũ ex intermediis: veluti sint. 16. 24. 36. 54. 81. tãtum
fit ex 16. in 81. & ẽ 1296. quãtũ ex 24. in 54. & quãtum
etiã ex 36. in se, nã omnibus modis ꝓducit 1296. & ita
4. & 3. & 20. & 15. multiplica 4. in 15. fit 60. & 3. in 20. fit
idẽ iõ si fuerint tres quãtitates cõtinue ꝓportionales tã
tũ ꝓducit a media in se ipsam quãtũ ex extremis inui
cẽ: veluti 4. 6. 9. tm̃ facit 4. in 9. quãtum 6. in se, & ita de
aliis & ex hac orta ẽ regula 3. quãtitatũ ad mercaturas
vtilis & tenet regula hec generaliter in omni ꝓportiõe

105 Cũ quadruplũ ꝓducti ex duabus quãtitatibus inuicẽ
ex totius quadrato detraxeris, residui ℞. ẽ differẽtia illa
rũ, veluti ꝓductum 5. in 3. ẽ 15. quadruplum 60. detrae a
quadrato agregati 5. & 3. quod est 8. cuius quadratum ẽ
64. remanent 4. cuius ℞. est 2. differentia.

106 Maiore duarũ quãtitatũ diuisa per minorẽ, & exeũte
multiplicato p maiorẽ, ꝓductũ est æquale ei q aduenit
diuiso quadrato maioris per quãtitatẽ minorẽ: veluti ca
pio 10. & 2. diuido 10. p 2. exit 5. multiplico 5. in 10. fit 50
& tãtum prouenit diuiso quadrato 10. quod ẽ 100. p 2.

107 Cũ diuiseris totũ p suas partes, & ꝓueniẽtia iunxeris
erit prouentuũ agregatũ maius agregato prouentuum
partiũ se mutuo diuidẽtiũ semp in 2. exẽplũ 3. & 12. cõ-
ponũt 15. diuide 15. p 3. exit 5. & p 12. exit 1 $\frac{1}{4}$: iunge 5. &
1 $\frac{1}{4}$ fiũt 6 $\frac{1}{4}$: & ideo diuisis 12. p 3. & 3. p 12. exibit 4 $\frac{1}{4}$: q ẽ
minus quam 6 $\frac{1}{4}$ in 2. & hoc erat quod volumus.

108 Cũq; volueris numerũ diuidere vt productũ certam proportionẽ obtineat ad diuisionẽ vnius partis per alterã, veluti volo diuidere 100. in duas partes ita ꝙ vna multiplicata per aliã, fit nonupla ad id ꝙ fit diuisa vna p aliã, tũc minor pars erit ℞. illius proportionis, & ideo cũ ℞. nonuple sit 3. erit minor pars 3. & maior 97. vnde multiplicato 97. p 3. fit 291. diuiso 97. per 3. exit 32 $\frac{1}{3}$: & 291. ad 32. $\frac{1}{3}$ est in proportione nonupla.

109 Cũ autẽ volueris inuenire duos numeros ex quorum multiplicatione proueniat puta 14. & differẽtia quadratorũ sit 45. gratia exẽpli. diuide differẽtiã que est 45. fit 22 $\frac{1}{2}$. quadra fit 506 $\frac{1}{4}$: quadra 14. fit 196. iunge simul fiũt 702 $\frac{1}{4}$. accipe ℞. 702 $\frac{1}{4}$ & ẽ 26 $\frac{1}{2}$, adde eã dimidio differẽtie & ẽ 22 $\frac{1}{2}$, fiunt 49. cuius ℞. est 7. & 7. est maior numerus diuide igitur 14. per 7. exit 2. & 2. ẽ minor, & ambo producunt 14. inuicem multiplicati & differẽtia quadratorum est 45. vt propositum est.

110 Cũ volueris diuidere numerum in duas partes ita ꝙ agregatũ ex quadratis ambarũ, excedat productũ vnius in alterã, in certo numero, veluti volo diuidere 10. ita ꝙ quadrata partiũ simul iũcta fatiãt 37. plus producto vnius in alteram, diuide 10. fit 5. multiplica in se fit 25. subtrae 25. ex 37. remanent 12. hunc semper diuide per 3. exit 4. cuius ℞. addita & detracta ex 5. facit 7. & 3. partes quæsitas.

111 Sint tres numeri vt pote 17. 13. 5. & velim diuidere 13. in duas partes, ita ꝙ vna diuisa p aliã prouẽtus iuncti fatiant numerũ qui ductus in 5. producat 17. tunc dices igit̃ diuidẽdo 17. p 5. exibit 3 $\frac{2}{5}$ & hoc erit agregatũ prouẽtũ, dices igit̃ p regulã nonagesimãseptimã huius capituli diuide 13. in duas partes ex quarũ mutua diuisione prouentus agregati fatiant 3 $\frac{2}{5}$ & hic modus regrediendi est valde vtilis in operationibus algebre.

112 Si quis assumat tres numeros vt pote 10.24.102. & di
cat diuide 10. in duas partes, ex quarũ mutua diuisione
prodeãt duo alii numeri diuidentes 24. in duas partes
agregãtes 102. tunc diuide vltimũ numerũ q̃ ẽ 102. per
secundũ q̃ ẽ 24. exit $4\frac{1}{4}$, deinde diuide 10. in duas par-
tes ex quarũ mutua diuisione consurgat $4\frac{1}{4}$ per regulã
nonagesimãseptimã huius capituli & tales partes erũt
2. & 8. diuide mutuo consurgunt 4 & $\frac{1}{4}$: diuide 24. per
$\frac{1}{4}$ exit 96. diuide 24. per 4. exit 6. iunge 6. ad 96. fiunt 102.
quod est propositum.

113 Quadrata duorũ numerorũ iuncta æqualia sunt du-
ctui agregati ex diuisione mutua in productum vnius
in alterũ: veluti 4. & 6. iungo quadrata illorũ fatiunt 52
diuido 4. per 6. exit $\frac{2}{3}$: & diuido 6. per 4. exit $1\frac{1}{2}$: iungo fi-
unt $2\frac{1}{6}$ duco $2\frac{1}{6}$ in 24. quod est productum 4. in 6. fiũt
52. vt prius.

114 Cũ fuerint duo numeri sola vnitate differẽtes & ma-
ior p̄ minorẽ diuisus fuerit, exiens tm̃ facit agregatus
maiori quãtũ in maiorem multiplicatus: veluti diuido
5. per 4. exit $1\frac{1}{4}$ qui additus ad 5. vel in eum multiplica-
tus facit idem quod est $6\frac{1}{4}$.
Et his duabus regulis formari possunt diuersi casus, &
impossibiles, qui tamen ignoratis his regulis possibiles
existimabuntur.

115 Si fuerint duo numeri vt pote 24. & 10. & detraat̃ mi-
nor a maiore vt pote 10. a 24. fiet 14. residuũ: ꝙ si detra
atur a quadrato dimidii minoris dẽpta vnitate & ẽ 16.
nã 5. est dimidiũ 10. dẽpta vnitate remanet 4. cuius qua
dratũ ẽ 16. dẽpto igit̃ 14. residuo a 16. remanẽt 2. cuius
si acceperis ℞. & addideris ad medietatẽ 10. p̃. 1. & ẽ 6.
fiet 6. p̃. ℞. 2. & detraxeris a medietate 10. m̃. 1. & est 4.
fiet 4. m̃. ℞. 2. & differẽtia 6. p̃. ℞. 2. & 4. m̃. ℞. 2. ẽ 2. p̃. ℞
8. dico igit̃ ꝙ multiplicãdo 6. p̃. ℞. 2. in 4. m̃. ℞. 2. & ad-

dendo differẽtiã q̃ ẽ 2.p̃.℞.8.producet' 24.q est numerus maior.ducere autẽ 4.m̃.℞.2.in 6.p̃.℞.2. & addere differẽtiã nõ ẽ nisi detraere differẽtiã q̃ ẽ 2.p̃.℞.8.ex 24 & remanebit productum 4.m̃.℞.2.in 6.p̃.℞.2. & hoc nota: detrae igit' 2.p̃.℞.8.ex 24.fit 22.m̃.℞.8.duco 6.p̃.℞.2.in 4.m̃.℞.2.fit 22.p̃.℞.32.m̃.℞.72.sed 22.p̃.℞.32 m̃.℞.72.est 22.m̃.℞.8.quia detracta ℞.32.ex ℞.72.relinquit' ℞.8.p dicta in capitulo de subtractiõe surdorũ.

116 Si sint duo numeri vt pote 24. & 10. & velis diuidere 24.in duas partes in quarũ medio cadat 10. in cõtinua proportionalitate, quadra dimidiũ maioris q̃ est 12. fit 144.detrae quadratũ minoris q̃ ẽ 100.remanet 44.cuius ℞.addita ad 12.& diminuta faciet duos numeros inter quos 10.cadit in medio in cõtinua proportionalitate, & erũt 12.p̃.℞.44.& 10.& 12.m̃.℞.44.quare producto 12.p̃.℞.44.in 12.m̃.℞.44. fiet quadratum 10. quod est 100.& ita patet quod eadem operatione diuisisti 24.in duas partes quarum multiplicatio tantum facit inuicem quãtum minor quantitas in se ducta.

117 Cũ fuerint duo numeri quorũ maiorẽ in duas diuidere volueris partes, quarum quadrata iuncta æqualia sint quadrato minoris numeri: tũc detrae quadratũ dimidii maioris a duplo quadrati dimidii minoris, & residui ℞.iuncta & detracta a dimidio maioris perficiet partes. Exẽplum sint 14.& 10.volo diuidere 14.in duas partes quarum quadrata fatiãt iuncta 100.quod ẽ quadratum 10.diuido 14.fit 7.diuido 10.fit 5.duco 7.in se fit 49.duco 5.in se fit 25.duplico 25.fit 50.detrao 49.ex 50.remanent 1.accipio eius ℞.que est 1.quam addo ad 7.& detrao a 7.fiunt partes ille 8.& 6.

118 Cũ aliqs numerus numerat totũ numerabit dimidiũ & quartã partẽ, & octauã partẽ.& sic in infinitũ, & ita duplũ quadruplũ octuplum & sic in infinitũ: veluti 3.

numerat 15.ꝑ 5.numerabit & 7.$\frac{1}{2}$ ꝑ 2$\frac{1}{2}$:& 3$\frac{3}{4}$ per 1$\frac{1}{4}$:& 1$\frac{2}{3}$ per $\frac{5}{9}$:& ita numerabit etiã 30.per 10.& 60.per 20. quare ex hoc ſequitur.

Quod ſi ſint 6.cu.m̄.4.ce.æqualia 34.co.p̄.24.igit' erũt 6.cu.m̄.4.ce.p̄.34.co.p̄.24.duplũ de 6.cu.m̄.4.ce.addo igit' 24 ce.comuniter,& ẽ addere 12 ce.vnicuiq; parti: fiet totum 6.cu.p̄.20 ce.p̄.34 co.p̄.24.hoc autẽ põt di‑uidi ꝑ 3 co.p̄.4.& exeunt 2 ce.p̄.4 co.p̄.6. quare nume rabit 3 co.p̄.4.dimidium eius etiã ꝙ fuit 6.cu.p̄.8 ce.ꝑ dimidium ꝙ ẽ 1 ce.p̄.2 co.p̄.3. ſed 3 co.p̄.4.numerant 6.cu.p̄.8 ce.per 2.ce.ex ſuo capitulo:igit' 2 ce.æquant' 1 ce.p̄.2.co.p̄.3.igit' 1 ce.æquater 2 co.p̄.3.igit' tandem a primo ad vltimum ſi 6.cu.m̄.4 ce.æquantur 34 co.p̄. 24.erit 1 ce.æqualis 2.co.p̄.3.igitur res valet 1.p̄.℞.4.ſi igitur 6.cu.æquantur 4 ce.p̄.34.co.p̄.24.valor rei eſt 1.p̄.℞.4.& eſt 3.

Omnis etiam numerus numerans totum & detractũ numerat reſiduum.veluti ſi 4.numerat 24.& 16.nume rabit etiam reſiduum quod eſt 8.

119 Cum volueris diuidere aliquẽ numerum in duas par‑tes ita vt quadrata iuncta cum multiplicatiõe vnius in alterã faciãt aliquẽ numerum puta 28.tunc quadra il‑lum numerũ q ſit puta 6.fit 36.& ab eo detrae 28.rema nẽt 8.deinde q̃dra dimidiũ maioris radicis ideſt 6.cu ius dimidiũ ẽ 3.fit 9.ab eo detrae 8.remanet 1.cuius ℞. eſt 1.addita ad 3.facit 4.dempta a 3.facit 2.& ita diuiſi mus 6.in 4.& 2.quorum quadrata iuncta ſunt 20,addi ta multiplicatione 2.in 4.fit 8.totum igitur 28.

120 Cũ volueris diuidere aliquẽ numerũ in 4.partes qua rũ duarũ quadrata,ſint dupla ad quadrata reliquarum partiũ:tunc differẽtia intermediarũ quãtitatũ ẽ æqua‑lis minori quãtitati,exẽplum diuide 15,in 4.quãtitates

quarũ quadratũ duarũ iuncta sint duplũ quadratis reli quarũ duarũ, tũc vides ꝙ ille partes sunt 7.4.3.1. & ita quadrata 7.& 1. iũcta sunt 50.& quadrata 4.& 3. iũcta sunt 25.ꝙ ẽ dimidium de 50.igitur differentia 4.& 3.est 1.& 1.etiã est quãtitas minor,& hec regula nõ tenet ni si in integris & non tenet etiam in conuersis.

121 Cũ autẽ volueris diuidere numerum vt ꝙ fit ex ductu ℞.partiũ inuicẽ impleat aliquẽ numerũ,veluti volo diuidere 20.ita ꝙ ℞.partiũ inuicẽ ducte fatiãt 8.tunc quadrabis dimidium 20.& est 10.fit 100.a quo deme quadratũ 8.ꝙ ẽ 64.remanet 36.cuius ℞.ẽ 6.q̃ addita ad 10. dimidium 20.& detracta facit 16.& 4.numeros cõponentes 20.quorum ℞.inuicem ducte producunt.8.

122 Cũ volueris diuidere numerũ puta 10.ita ꝙ partes inuicẽ ducte fatiãt aliquẽ numerũ,plus sua radice,vt pote 6.p̃.℞.6.multiplica dimidiũ diuidẽdi in se ꝙ est 5. in se facit 25.a quo auferes 6.p̃.℞.6.remanebũt 19.m̃.℞.6.cuius accipe ℞,V.& ẽ ℞.V.19.m̃.℞.6.hanc adde & minue a 5.ꝙ ẽ medietas fient dicte partes 5.p̃.℞.V.19. m̃.℞.6.& 5.m̃.℞.V.19.m̃.℞.6.& he inuicem ducte fatiunt 6.p̃.℞.6.& iũcte etiã fatiunt 10. & ita in reliquis.

123 Differẽtia duorũ numerorũ diuisa p agregatum radicum ꝓducit radicum differẽtia,& ecõtra: vnde ductis inuicẽ differẽtia duarum radicum cum agregato earũdẽ ꝓducit differẽtia numerorũ,veluti si qs dicat diuide 10.p 3.p̃.℞.19.respõdebis ꝙ exibit ℞.19.m̃.3.nã 10.ẽ differentia inter 19.& 9.quarum radices sunt ℞.19.& 3. igitur diuiso 10.qui est differentia numerorum,p agregatum ℞.19.& 9.& est 3.p̃.℞.19.prouenit differẽtia radicum 19.& 9.& est ℞.19.m̃.3.quare patet exemplum.

124 Cũ volueris diuidere 34.ita ꝙ residua radicuȝ sint 2. quadrabis 2.fit 4.detrae ex 34. fit 30. diuide 30. fit 15. muliplica in se fit 225. dimidia ẽt 34.fit 17.quadra fit

176.

289.detrae 225.ex 289.remanēt 64.cuius ℞.ē 8.addita ad 17.dimidiū diuidēdi & detracta ostēdit 25. & 9.partes 34.quarum radices differunt in 2.cūq; in aliqua regula ex omnibus his questio ad finem non potest deduci nec in numeris,nec in surdis,tunc talis questio est impossibilis quare aduerte.

125 Cum volueris diuidere 10.ita q radices partium iuncte fatiāt 4.exēpli gratia:multiplica 4.in se fit 16.detrae 10.remanent 6.diuide 6.fit 3.multiplica 3.in se fit 9.multiplica etiam 5.dimidium maioris in se fit 25.detrae 9.a 25.remanent 16.cuius ℞.est 4.que addita & diminuta a 5.facit 9.& 1.quorum radices iuncte sunt 4.

126 Cū fuerint due quātitates a quarum maiore detractis aliquot radicibus,tm̄ pducat' quātum additis totidem radicibus minori,tunc numerus productus est medio mō pportionalis,& ecōtra:veluti capio 25.& 9.& aufero duas ℞.25.& sunt 10.remanēt 15.& addo duas ℞.9.ad 9.fit 15.igit' 9.& 25.sunt habētia 15.medio in continua pportionalitate,& ita 4.& 10.& 25.sunt continue proportionalia.& ideo 10.est 3.℞.m̄.de 25.& 3.℞.p̄.de 4.nā ℞.25.est 5.& triplum est 15.detractum a 25.remanēt 10.& ℞.4.ē 2.triplum est 6.additum ad 4.facit 10.

127 Et ponamus q diuidā aliquē numerū puta 12.in 8.& 4.gratia exēpli,ex quorū diuisione mutua prodeunt 2.& $\frac{1}{2}$:nā 8.diuisum per 4.producit 2.& 4.diuisum per 8.producit $\frac{1}{2}$:deinde accipe quēuis numerū vt pote 40.dico q agregatum ex quadratis partium prioris numeri idest 4.& 8.et est 80.diuisum per agregatum prouētuū q est 2 $\frac{1}{2}$:et ē 32.nā diuiso 80.per 2 $\frac{1}{2}$ exit 32.dico igitur quod proportio 40.numeri assumpti vltimo ad ipsum 32:est veluti agregati prouentium 40.diuisi per 8.et 4.et est 15.ad primum numerum qui fuit 12.nam 40.ad 32.est sexquiquarta sicut 15.ad 12.

128 Cũ diuiseris vt pote 20.per 4.erit 5.et similiter multi- plicato 20.per 4.fiunt 80.dico ꝙ tantum faciet ducere 5.in 80.quātū 20.in se:nā vtroq; modo producit 400. et similiter tātum faciet diuidere 80.per 5. quātum du- cere minorem quātitatē in se nā vtroq; mō ꝓuenit 16.

129 Si due quātitates vnā multiplicēt, agregatū vero pro- ductorū ab illarū producto diuidat, erit ꝓuentus adue niēs æqualis agregato ꝓueniētiū ex illa quātitate diui sa per ambas: veluti habeo 5.et 3.quos multiplico in 7. fiunt 56.proueniētia iuncta deinde multiplico 3. in 5. fi unt 15.diuido 56.p 15.exeūt 3 $\frac{11}{15}$: et tm̄ ꝓueniet diuiso 7. p 3.et p 5.et iūctis ꝓuenientibus nam diuiso 7.p 3. exit 2 $\frac{1}{3}$: et diuiso 7.per 5.exit 1 $\frac{2}{5}$ qui iuncti faciunt 3 $\frac{11}{15}$.

130 Cū aliqs numerus in seipsum cubice ducit, tm̄ fit quā tū ex partibus suis cubice ductis, atq; vtraq; earum in alterius quadratū semel, et in sup͡ficiē vnius in alterum bis: vnde manifestum ē cubum totius æqualem esse cu bis ambarum partiū et ductui vtriusq; partis in alterius quadratum triplicato, veluti sit 10.cuius cubus est 1000.et diui dat 10.in 7.et 3.deinde cubet 7.fit 343.cubet 3.fit 27.iunge fi unt 370. deinde quadra 7. fit 49.multiplica p 3.fit 147. tripli cā fit 441: adde ad 370. fiunt 811.deinde quadra 3. fit 9. duc in 7.fit 63. triplica fit 189.adde ad 811.fiunt 1000.precise.

10	1000	
7	3	Partes
343	27	cubi
49	9	quadrati
3	7	Partes
147	63	productū
441	189	triplum
343		
27		
441		
189		
1000		Summa

131 Ex hoc patet ꝙ cubus numeri maioris superat cubū minoris in cubo differētie. et triplo eius ꝙ fit ex quadrato differētie in minorē numerū et quadrato minoris numeri in dr̄iam

+ et triplo eius quod fit ex

17 58

132 Cubus medietatis alicuius numeri excedit productũ ex maiore parte illius numeri in quadratũ partis minoris. in eo ꝙ cõponitᵘ ex minore in quadratũ differentie et differẽtia in quadratũ dimidii, exẽplum diuido 10. in duas partes æquales & fit 5. et duas inequales et sint 7. et 3. dico ꝙ cubus 5. et ẽ 125. excedit productum 7. in quadratum 3. ꝙ est 9. et est 63. in producto differentie que est 2. in quadratum dimidii ꝙ est 25. et fit 50. et ꝓducto minoris partis que est 3. in quadratum differentie quod est 4. et est 12. nam 50. et 12. fatiunt 62. que iũcta cum 63. fatiunt 125. et ita in aliis.

133 Cubus medietatis exceditᵘ a ꝓducto minoris partes in quadratum maioris, ab eo ꝙ fit ex differẽtia in quadratum medietatis, detracto eo quod fit ex maiore parte in quadratũ differẽtie, igitᵘ cubus medietatis cum eo ꝙ fit ex quadrato medietatis in differentiã, æquatᵘ producto minoris partis in quadratum maioris, et ex maiore in quadratum differentie veluti 7. in se facit 49. et 3. in 49. facit 147. et 7. in 4. ꝙ est quadratum differentie facit 28. adde ad 147. fit 175. et tantum est cubus 5. et est 125. cum eo quod fit ex quadrato 5. in differentiam. quadratum 5, est 25. in 2. facit 50. ad ditum ad 125. fit 175.

134 Cubus omnis medietatis æquatᵘ producto partiũ inequalium inuicem et in medietatẽ cum eo ꝙ fit ex medietate in quadratum differẽtie veluti diuido 10. fit 5. item in partes inequales fit 7. et 3. multiplico 7. in 5. fit 35. et 35. in 3. fit 105. et multiplico differentiam in se fit 4. et post multiplico 4. in 5. fit 20. adde ad 105. fit 125. et tantus est cubus 5.

135 Cum fuerint 3. numeri quorum primus sit maior secundo et volueris primum diuidere ꝑ talem numerum vt exiens æquetᵘ tertio numero addito ei ꝙ prouenit diuiso secundo ꝑ eundẽ diuisorẽ veluti sit 36. primus nume

rus. 4.

rus:4' secundus.16 tertius volo diuidere 36.per talē nu merū vt exiēs æquet' 16.& ei ꝙ prouenit diuiso 4.ꝑ eun dem diuisorē tunc detrae 4.secundum numerum ex 36. primo remanēt 32.diuide 32.per 16.exit 2.numerus quæ situs nam diuiso 36.per 2.exit 18.& diuiso 4. per 2. exit 2.qui additi ad 16.fatiunt 18.

136 Omniū duorū numerorum excessus quadrati maioris ad quadratū minoris tātus est quātus ē numerus pro- ductus ex agregato illorū in differentiā eorūdē veluti capio 7.& 4.quadratorū differētia ē 33.nā quadratū 7. est 49.& quadratū 4.est 16.quorū differētia ē 33.dico igi tur ꝙ 33.ꝓducitur ex agregato 7.& 4.& est 11.in diffe- rentiā 7.& 4.& est 3.nam 3.in 11.facit 33. & ita de aliis.

¶ Caput 43.de misticis numerorum proprietatibus.



Vnt & diuine q̄dā numerorū virtutes religione ac rerū ipsarum ordine celebrate, quas q intelli git ad archana secretiora penetrare poterit, vn- de illa hierarchiaꝝ celestiū diuina Dionisii ario pagite ennarratio explicari poterit:in genere autē sacri codices hos celebrāt numeros: In primis vnitatē prout supius explicauimus post.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14. 15.16.17. 18. 20. 21. 22. 24. 25. 30. 38. 40. 42. 46.50. 60.72.77.80.83.99.100.112.120.150.153.200. 300. 400. 500. 600. 666. 1000. 10000. 12000. 100000. 144000. 1000000.100000000.1000000000.Oēs autē numeri sunt 54.quos nō ab re scire puto nō solū ob sacre pagi- ne intellectū & diuine maiestatis reuerētiā, sed etiā ob futurorū euentuū cognitionē cū singula ꝓpria habeāt significata 1.deū ꝓprie ostēdit atq; que ex eo fidē.ba- ptisma,cōgregationē,pacē.2.mādata,fœdus,xp̄i natu rā:diuisionē bonorū & malorū 3.diuinas ꝑsonas, leges diuinā,moralē,naturalē,xp̄i misteria,& ꝑfectionē om- nē,nā eo cōprēdunt' principiū mediū finis futurū pre-

ſens p̄teritū dimēſionis & anime ſuffitiētia.4.in p̄figu-
rationibus euāgeliſtarū & ſacri codicis miſteriis tribuit̃
finē etiā noſtrū qm̄ ex 4.coaleſcimus elemētis,& in illa
redimus, plagas etiā orbis.5.in moſayca p̄fectione,in
vulneribus xp̄i:6.ea feria creatus mūdus, xp̄us paſſus,
ea etate in mūdū venit:viteq; humane curſus demon
ſtrat̃.7.dona ſpiritus ſancti requiē & ſabatū vetus teſta
mētū & vniuerſalē eccleſiā.8.future reſurectionis oſtē-
dit miſteriū,& beatitudinē.9:ordines hierarchiarum,&
xp̄i paſſionē,& imp̄fectionem ſignificat,qm̄ a denario
defficit.10.p̄fectionē ſignat,vnde numerus fuit p̄cepto
rū,& cōplemētū ordinū celeſtiū oſtēdit,vnde decima
dragma humanū genus redimēdū declarat̃.11.deffe
ctū & p̄uaricationē legis,& vocatos ad diuina nouiſſi
me p̄ſignat.12.apoſtoli:patriarce.principes:fontes: la-
pides a Iordane ſublati in altari poſiti: Prophete iudi-
tiū ſedebūt.n.iudicaturi 12.domus Iſrael:vnde etiā co
phinorū numerus ſupfuit in teſtimoniū.13.apparitionē
domini notat,ſtella.n.eo die apparente magi adoraue
rūt.14.Paſſionē Xp̄i ex imolatione agni.decimaquar-
ta luna aduētū dn̄i in carne,& duplicata ſpiritus ſancti
dona oſtēdit.15.Aſcēſionē ad diuina ex gradibus in cā
ticis Pſalmorū.p̄fectionēq; vite huius & cōplemētum
vtriuſq; teſtamēti in Paſſione dn̄i.16.p̄phetas cōplectit̃
oēs,4.maiores q ſunt Eſaias Hieremias Ezechiel Da-
niel,& 12.vocatos minores & choros merito ſanctorū
vtriuſq; teſtamēti.17.lauacrū baptiſmi ex noe figura
diluuii.18.p̄fectionē operū i triplici ſtatu.20.geminatā
gratiā mādaterū dei ex dilectione cū caritate, vt in Ia
cob ad labā deſignat̃.21.triū ebdomadū Danielis mi-
ſteriū oſtēdit,ſubſidiū diuine bonitatis poſt p̄teritas ca
lamitates.22.cognitionē p̄fectā diuine ſcripture,nā toti
dē libris teſtamētū vætus abſoluit̃,24.miſteria ſuperna

ex laudātibus senioribus indicat, absolutusq; numerus ē vtriusq; testamēti sapiētes ostēdēs. 25. apostate a fide cognoscunt' vt Ezechielis. c. octauo. at 30. vitā cōnubia lē sanctā attestat', & maturā pfectionē operū, & pcio sam Xpi venditionem insinuat. 38. impfectā & lāguidā caritatē erga deū, & homines, ostēdit, infirmāq; fidem, vnde paraliticus 38. annis ad piscinā sedebat. 40. omni expiationi accomodatur, ieiunio, penitentie, vnde quadragesima etiā ab hoc dicta, & omnia qbus expiatio fieri solet quadragesimo absoluunt' vt etiā sic pestis cōtagione suspectos perfectis diebus 40. absoluamus 40. annis ppheta fletū cōmemorat quasi expleto iā expiationis tpe tempus liberationis a dño iure debeat impetrari. 42. peregrinationē vite huius & seculi generationes & lōganimitatem dei in pferendis peccatis nostris ostendit: eo deleta hierosalyma vt in pfiguratione leonū ostensum fuerat p heliseū in betel. 46. ædificationez tēpli ex qua incarnatio ac generatio Xpi designabat' nā 6. in 46. faciunt dies 276. at 50. est relaxationis. vnde iubileus eo anno statuit': plenissimāq; quietē a resurrectionis die: promulgationē etiā dei mādatorū ostendit 60. est viduorū designatrix vt in parabola seminis & pfectā mādatorū dei custodiā demōstrat cōstat. n. ex. 10. ac. 6. multiplicatis. 72. discipulorū Xpi numerus nō absq; misterio, nā vt p superbiā in 72. linguas sermo in babel diuisus est, ita p vnitatē fidei 72. discipulis linguarū facta ē vnitas, & cū in numeri legat' 70. viros ellectos qbus deus spiritū infunderet ac 70. palme discipulorū pfiguratrices, nihil hoc moueat cū veteris testamenti impfecta sit qdā ymago, eius qp in nouo p gratiā pfici debuit. 77. summā peccatorū multitudinē & immense diuine misericordie testimoniū figurat. 80. circūcisionē antique legis. 83. etiā illius sacerdotiū designat. 99. iusto

42

rũ numerũ quẽadmodũ in parabola ouiũ prefigura
tur: vnde peccatorũ iustificatorũ adiecta pdita oue nu
meri pfectio in 100. ostẽdit̃: p quẽ etiã virginitatis can
dor 112. post resurectionis redẽptionẽ æterne lætitie ac
beatitudinis ymago est: vnde etiã psalmus ille iugiter
dñm a pueris edocet laudãdũ 120. nõ vite omnino sed
potius penitẽtie expectatio est: vnde ad noe non spiritũ
vltra id tpis in carne dimissurũ pmitit: fuit. n. ante quã
fieri archa inciperet ad noe admonitio hec: porro ar-
cha 100. annis pfecta est: vt cõsumatio operũ humane
vite & mutatio seculi p hoc ostẽderet̃: est & in 120. cõ
plemẽtũ humani misterii, cũ ad diuina cõuertit̃: 120. an
norũ mortuus moses, & in 120. homines primo cecidit
Spiritus Sãctus: tãta fuit altitudo tẽpli: habet. n. perfe-
ctionẽ in vtroq; testõ cũ ex naturali numerorũ serie ad
15. vsq; cõsurgat: misteriũ etiã 150. psalmorũ cœquatio
ne, pbat: & absolutionis peccatorũ, tot. n. diebus terra
diluta a diluuio fuit 153. sanctã electorꝝ ecclesiã piscatio
ne præfigurat 200. perfectionẽ omnẽ naturalis sapien-
tie ostẽdit 300. crucis misteriũ p thau designatũ: & libe
rationẽ ac victoriã p gedeon demõstratã p xp̃m exple
tã volũt: & qdã p 318. abrae vernaculos niceni conciliũ
quo hostilis heresis fusa ẽ designari nã in eo totidẽ fue
re episcopi 400. durã seruitutẽ 500. getis pfectionẽ fi-
gurat 600. cõpletã humanorũ operũ seriẽ atq; vltimaꝫ
pfectionẽ comonstrat sed 666. numerus totius pfectio
nis ẽ postquã pseudo ppheta regnare ostẽdit̃ maume-
thes, vnde apocalipsis decimotertio numerus. n. homi
nis est & numerus eius 666. verũ dices maumethes an-
no salutis 621. legẽ pmulgauit anno 634. mortuus ẽ po
tius vt in secũdo astronomicarũ lucubrationũ demon
stratũ est anno salutis 619. & mortuus ẽ sexcentesimo-
trigesimosecundo at plurimi existimant eum 63. vite an

no vita functũ: cũ sexcentesimotrigesimosecundo an
noꝝ esset 34. erit igit vt 63. annus vite maumethi sit 661.
aut secundum Euangelistam, igit numerus pfectus p
impfecto supponitur, aut vt ibidē dicitur hic sapientia
est, q habet intellectum cõputet numerũ bestie, sed de
hoc in xp̄i vita plenius disseremus suo loco: satis nũc sit
p bestiã maumetẽ hoc certo argumẽto demõstrari: vi-
uũq; pphetie spiritũ tã euidẽti euẽtu fidei nostre funda
mẽta pbare: ac librũ illũ Euãgeliste Iohanis esse genui
nũ. 1000. cõsumatã fœlicitatẽ & seculi huius plenitudi-
iunctis prouētibus veluti sint quatuor quātitates 8.12. 18.27. cōtinue ꝓportionales & diuidatᷣ agregatum prime & quarte per secundam & tertiam & exeuntia iungantur que sunt $2\frac{11}{12}$ & $1\frac{17}{18}$ fiunt $4\frac{31}{36}$ & idem prouenit diuiso agregato secunde & tertie quod est 30. per primam & quartam que sunt 8. & 27. exeunt $3\frac{3}{4}$ & $1\frac{1}{9}$ que iuncta faciunt $4\frac{31}{36}$.

Cū fuerint aliquot quātitates cōtinue ꝓportionales ac totidē alie sub eadē vel diuersa ꝓportione continue ꝓportionales Erunt ꝓducta ex illis siue directe siue conuersim continue proportionalia vt vides in exemplis.

Ex hoc sequitᷣ ꝙ cū nu.co. ce.cu.ce.ce. sint cōtinue ꝓportionalia ꝙ quotiens assumuntur in numeris continue ꝓportionalibus siue directe siue conuersim erunt etiā continue ꝓportionalia & ita siue dixero 1.cu. p̄.3 ce.p̄.9 co.p̄.27. siue e contra 27.cu.p̄.9 ce.p̄.3 co.p̄.1. semp hec erunt continue proportionalia siue incipiant ab vnitate siue non.

8.	12.	18.	27
125.	150.	180.	216
1000.	1800.	3240.	5832.
8.	12.	18.	27
216.	180.	150.	125
1728.	2160.	2700.	3375.

Omniū quatuor quātitatū cōtinue ꝓportionaliū ꝓportio totius agregati ex omnibus quatuor ad agregatum prime & q̄rte ē veluti agregati prime & tertie ad agregatū ipsum dēpta secūda aut agregati secūde & quarte ad ipsummet agregatū dēpta tertia veluti sint 8.12. 18.27. agregatū ē 65. ita se habet ad agregatū prime et quarte ꝙ ē 35. veluti agregatū prime et tertie ꝙ est 39. ad ipsummet agregatum quod est 39. dempta secunda que est 18. remanet 21. proportio igitur 65. ad 35. est sicut 39. ad 21. Et similiter sicut 26. ad 14. pendet ex octuagesimaquinta quadragesimisecundi capituli.

Omniũ quatuor quãtitatũ cõtinue ,pportionaliũ pro- portio agregati secunde et tertie ad agregatum prime et quarte ẽ veluti secũde ad agregatum prime et tertie dempta secunda aut tertie ad agregatum secunde et quarte dempta tertia.

Omniũ quatuor quãtitatũ cõtinue ,pportionalium pro portio agregati prime, secũde et quarte ad secũdam et tertiam ẽ cõposita ex ,pportione prime ad agregatum prime et secunde item ex proportione agregati prime & tertie dempta secunda ad ipsam secundam.

Omniũ quatuor quãtitatum cõtinue ,pportionaliũ p portio agregati prime & quarte ad secundũ est cõposita ex ,pportione agregati prime & tertia dempta secunda ad secundũ & ,pportione agregati secunde & tertie ad eandẽ secundã verũ hic intelligimus de cõpositione q̃ est multiplicatio in precedenti de compositione que ẽ agregatio ,pportionũ exẽplum ,pportio 35. agregati pri me & quarte ad 12. secundã cõponit᷑ ex ,pportione 14. agregati prime & tertie dẽpta secunda ad 12. se- cundã & ,pportione se- cunde & tertie & est 30. ad secundã & ẽ 12. nam ducto 12. in 12. fit. 144. & ducto. 4. in 30. fit 1420} quorum proportio est veluti. 12. ad 35.

prima	secnnda	tertia	quarta
8	12	18	27

$\frac{35}{12}\,\big|\,\frac{14}{12}\qquad\frac{30}{12}$

Cũq; fuerit quãtitas diuisa secundũ ,pportionẽ haben tem medium & duo extrema & interposueris inter eas partes vnam quãtitatem in continua proportionalita- te, erunt quadrata duarum partium minorum, simul iuncta æqualia quadrato tertie.

32 Cũ vero cu, & nu. æquant᷑ ce. tũc numerus cẽsuu; erit neccessario prima & quarta quãtitas continue ,pportio

nales & ℞.cubica numeri erit ſecūda ex quatuor quāti tatibus cōtinue ꝓportiōalibus & tertiā intelligere opor tebit & prima ex illis q̄ erit pars numeri cēſuū eſt res q̄ ſita Exēplū 1.cu.p̄.64.æquant 18 ce.tunc 18.q ē nume rus cēſuū ē agregatū ex prima & quarta quātitate cō tinue ꝓportionali & ℞.cu.64.ē ſecūda quātitas & pri ma quātitas erit res q̄ſita.tertia autē quātitas erit ſuppo nēda 1 co.& ita 1.cu.p̄.$9\frac{3}{8}$ æquant 4 ce.tunc 4. ē agre gatum ex prima & quarta. & ℞.cu.$9\frac{3}{8}$ eſt ſecūda quātitas vt vides in exemplo & prima eſt valor rei.

prima	ſecunda	tertia	quarta
$2\frac{1}{2}$.	℞.cu.$9\frac{3}{8}$.	℞.cu.$5\frac{5}{8}$	$1\frac{1}{2}$

Et ex hoc ſciemus cōuertere cu.p̄.nu.ęqualia ce.in cu. p̄.nu.æqualia co.hoc mō.dicamus ꝙ 1.cu.p̄.64.æquē tur 18.ce.ponemus ℞.cu.64.ſecundā quātitatē p regu lā preſentē & ſecundā quātitatem 1 co. & multiplicabi mus tertiā in ſe et fit 1 ce.& diuidemus ꝓductū p ſecun dā cubando vtrūq & fiet 1. cu.ce.diuidendum p 64.& exibit ℞.cu.$\frac{1.cu.ce}{64}$ quare cōuertē do p regulas preſentis capituli fient $\frac{ce}{ra.cu.64}$ nā ℞.cu bica cu.cen.eſt ce.quare quarta quantitas erit $\frac{cen.}{ra.cu.64}$ & iō prima q̄titas erit 18.m̄.$\frac{cen.}{ra.cu.64}$ Ex regula aūt 28. preſentis capituli ducto agregato ſecūde & prime quā titatis & eſt ℞.cu.64.p̄.18.m̄.$\frac{cen.}{ra.cu.64}$ in agregatū pri me et quarte et eſt 18.fit 324.p̄.℞.cu.373248.m̄. ce. ℞. cu.$91\frac{1}{8}$ et hoc debet æquari diuiſioni agregati prime et quarte et eſt 18.p ſecundam et tertiam multiplicate in quadratum ſecunde:porro diuidere tale agregatum p ſecundam deinde multiplicare p quadratū ſecunde

prima	ſecunda	tertia	quarta
18.m̄.$\frac{cen.}{ra.cu.64}$	℞ cu.64.	1 co.	$\frac{cen.}{ra.cu.64}$

nō ē

nō ē nisi multiplicare secundam in tale agregatu₃ igit̄ supradicta multiplicatio æquat̄ ductui secūde in agregatū prime & quarte & ē ℞.cu.373248.cū eo ꝙ fit ex quadrato secūde in ꝓuentū talis diuisionis facte p tertiā.ē autē diuisio 18.p 1 co.exiēs $\frac{18}{1\ co.}$ hoc multiplica in quadratū secunde ꝙ ē ℞.cu.4096. exit $\frac{ra.\ cu\ 23887872}{1\ co}$ igitur fiēt 324.p̄.℞.cu.373248.m̄.ce.℞.cu.91 $\frac{1}{8}$ æqualia $\frac{ra\ cu.23887872}{1\ co.}$ p̄.℞.cu.373248. quare detracta ℞.cu. 373248.comuni & residuo ducto.p 1 co.fient 324.co. æquales ℞.cu.23887872.p̄.cu.℞.cu.91 $\frac{1}{8}$ igit̄ habes cu. & nu.æqualia rebus,verūtamen tunc res nō est prima quātitas sed tertia & ideo ex hoc nō seqtur æquatio nisi qa cubi & numerus æquantur rebus & quia secunda quātitas ē cognita quia est ℞.cubica numeri ideo quadrando secūdam quātitatem & diuidendo per tertiam habebimus primam quātitatem que est res quæsita.

33 Cū fuerint quattuor quātitates proportionales quaru₃ duarū vltimarū ad duas primas sit ꝓportio dupla erit proportio talis ℞.2.& si fuerint 6.numeri cōtinue proportionales & sint tres vltimi dupli ad tres primos erit ꝓportio taliū.℞.cubica 2.& si sint 8.& 4.vltimi sint dupli ad 4.primos erit talis ꝓportio ℞℞.2.& ita si sint decem erit ꝓportio ℞.Rel.P.2.& ita si sint in ꝓportione tripla erit ꝓportio ipsa ℞.3.in 4.terminis. & ℞.cu. 3.in 6.terminis. & ℞℞.3.in 8.terminis. & ℞℞.Rel. P.3. in 10.terminis & ita de aliis exemplum.

Si qs dicat diuide 5.& 10.primū in tres numeros.& secundū in alios tres.q oēs sint cōtinue ꝓportionales dices igit̄ cū agregatū quarte & quinte & sexte sit duplū ad agregatū prime secūde & tertie nā 10.ē duplū ad 5. igit̄ erūt in ꝓportione ℞.cubice 2.dicas igitur pone ꝙ prima pars sit 1.secūda igit̄ erit ℞.cu.2. igit̄ tertia erit ℞.cu.4.& quarta ℞.cu.8.& quinta ℞.cu.16.& sexta ℞

cu.32.deinde dices p regulã 3.si 1.p̃.℞.cu.2.p̃.℞.cu.4
esset 4.quid esset ℞.cu.2.multiplica ℞.cu.2. in 4.& fit
℞.cu.128.diuide per 1.p̃.℞.cu.2.p̃.℞.cu.4. per regulã
presentis capituli & inuenies partes singulas ad vnã ad
vnã & ẽ fortis regula & questio nisi homo sit exptus.
Cũq; fuerint duo numeri quomodolibet ꝓductũ quar
te partis quadrati minoris in maiorẽ æquabitur semper
ꝓducto eiusdẽ quarte partis in differentiam maioris &
minoris cũ additione quarte partis cubi ipsius minoris
& ꝙ dico de quarta parte dico de tertia & aliis partibꝰ.
exẽplũ sint 5.& 8.quadratũ 5.est 25.eius quarta pars est
est $6\frac{1}{4}$ ducta in 8.facit 50.& tantum facit ducto $6\frac{1}{4}$ ea-
dem parte quadrati de 5.in 3. differentiam inter 5.& 8.
& fit 18.$\frac{3}{4}$ addendo quartam partẽ cubi de 5.cubus eius
est 125.cuius quarta pars est $31\frac{1}{4}$ quod additum ad $18\frac{3}{4}$
facit 50.& similiter accipio $\frac{1}{3}$ quadrati de 5. & est $8\frac{1}{3}$ du
co in 8.fit $66\frac{2}{3}$,duco idem $8\frac{1}{3}$ in differentiam duorum
numerorum que fuit 3.& fit 25.cui addo tertiam partẽ
125.cubi de 5.& est $41\frac{2}{3}$.fit $66\frac{2}{3}$ vt prius.

Ex p̃cedẽcti regula colligit̃ modꝰ diuidẽdi 10.aut aliũ
numerũ in duas partes.ita ꝙ diuiso quadrato prime p
secundã & quadrato secũde p primã exeũtia iuncta fa
tiant $17\frac{13}{21}$ diuide 10.fit 5.qua-
dra fit 25.duc in differentiã 10.
& $17\frac{13}{21}$ q̃ ẽ $7\frac{13}{21}$ fit $190\frac{10}{21}$ quẽ
serua: deinde tripla 10.fit 30.ad
de $17\frac{13}{21}$ fit $47\frac{13}{21}$ diuide $190\frac{10}{21}$
p $47\frac{13}{21}$ exit 4 cuius ℞.que est
2.addita & diminuta a dimi
dio numeri propositi ꝙ est 10.
ostendit partes 7.& 3.nã qua-
dratũ 7.ẽ 49. diuisum p 3.exit
$16\frac{1}{3}$: itẽ quadratũ 3.est 9.ꝙ diui

primus	secundus
10	$17\frac{13}{21}$
5	
25	25
	$7\frac{13}{21}$
10	
3	
30	$190\frac{10}{21}$
$17\frac{13}{21}$	$47\frac{13}{21}$
$47\frac{13}{21}$	4

sum p 7. facit $1\frac{2}{7}$: iunge $16\frac{1}{3}$ & $1\frac{2}{7}$ faciūt $17\frac{13}{21}$. memineris tñ ꝙ ex tali agregato nunquā ꝑuenit numerus minor diuidēdo nec maior quadrato diuidēdi. vnde non pōt esse secūdus numerus minor 10. nec maior quā 100.

34 Cū volueris facere ex vna ℞. duas in quacūqꝫ proportione volueris vt ex ℞. 7. volo facere vnā ℞. L. in ꝓportione 5. ad 3. sic facito agrega 5. & 3. faciūt 8. habes igit̃ tres numeros 8. & 5. & 3. quos oēs quadra & fiunt 25. & 9. & 64. multiplica duos minores p 7. diuidendū fiēt 175. & 63. diuide p 64. q̃dratū agregati & exeunt $2\frac{47}{64}$ & $\frac{36}{64}$ dicemus igit̃ ꝙ tm̄ est dicere ℞. 7. quantū ℞. L. $2\frac{47}{64}$ p̄. ℞. $\frac{63}{64}$ & ita in cubicis cubādo ꝓportionaliter tenet & tales partes vt dixi sunt in ꝓportione 5. & 3. Et si velles diuidere in tres partes tunc sit exēplū volo diuidere ℞. 10. in tres partes habentes se in proportione 7. 5. 3. primo agrega 5. & 3. fit 8. diuide igit̃ p modū presentes ℞. 10. in duas partes existētes in ꝓportione 8. ad 7. agrega 8. & 7. fiunt 15. quadra oēs tres numeros fiūt 64. 49. 225. duc duos minores in 10. fiunt 640. & 490. diuide p quadratū agregati fiēt $2\frac{38}{45}$ & $2\frac{8}{45}$ igitur ℞. horū cōponūt ℞. 10. & sunt in ꝓportione 8. ad 7. deinde qa 8. cōponit̃ ex 5. & 3. quadrabis 5. & 3. & fiēt 25. & 9. & similiter q̃drabis 8. & fiet 64. multiplica 25. in $2\frac{38}{45}$ q fuit pars correspōdēs ad 8. & fiet $71\frac{1}{9}$ mul-

℞. 7			
5	25	7	175
3	9	7	63
8	64		
175			
64			
$2\frac{47}{64}$	$\frac{63}{64}$		

℞. 10.			
7. 5. 3.			
7. 8.			
8	64	640	$2\frac{38}{45}$
7	49	490	$2\frac{8}{45}$
15	225		
5	25	$71\frac{1}{9}$	
3	9	$25\frac{3}{5}$	
8	64		
	$1\frac{1}{9}$	$\frac{2}{5}$	

tiplica 9.in $2\frac{38}{45}$ fiunt $25\frac{3}{5}$ diuide p 64.exit $1\frac{1}{9}$ & simili-
ter diuide $25\frac{3}{5}$ p 64.exit $\frac{2}{5}$ dico igitꝰ ꝙ ℞.$2\frac{8}{45}$ & ℞.$1\frac{1}{9}$
& ℞.$\frac{2}{5}$ componunt ℞.10.& sunt in proportione 7.5.3.
cõmode referẽdo & ita procedit in infinitum.

¶Regula de duplici.

35 Quãdo aliqs ponit qõnem in pluribus numeris & non
nominat aliquẽ illorũ tunc oportet vti regula que vo-
catꝰ de duplici etiã a me in lucẽ cũ pluribus aliis edita
& inuẽta & est vt põas agregatũ illorũ numerorũ 1co.
deinde p hoc inuestigabis sumã illorũ post inuenta sũa
queres p aliã positionẽ vnũquẽq; eorũ p se & hoc mo-
do in pluribus positionibus absolues ꝙ in vna fere esset
impossibile exẽplũ inuenias duos numeros quorũ qua
drata iũcta sint 20.& ducto vno in alterũ aditisq; nu-
meris ipsis ꝓducatꝰ 10.queritꝰ quales erũt illi numeri. si
igitꝰ faceres positionẽ de vno non posses ponere alterũ
si vero soluere velles dicendo vnus sit 1 co.alius $\frac{10}{1.co.}$
non esset verũ quia deessent nnmeri & dato ꝙ esset vẽ
rũ pueníres rarissime ad capitula nota:& vix aliquãdo
ad decõposita.fac ergo sic pone ꝙ agregatũ numeroꝝ
sit 1 co.& qa ꝓductũ vnius in alterũ est cũ ipsis nume-
ris 10.igitꝰ dẽptis ipsis numeris ꝙ sunt 1 co. remanebit
ꝓductũ vnius in alterũ 10.m̃.1 co.& qa quadratũ toti-
us p quinquagesimãtertiã regulã quadragesimisecun-
di capituli æquatꝰ quadratis partiũ cũ duplo vnius in al
terũ & duplũ vnius in alterũ est 20.m̃.2 co.qa ꝓductũ
vnius in alterũ fuerat 10.m̃.1 co.quadrata etiam iuncta
fatiũt 20.ex supposito igitꝰ 1 ce.quadratũ totius æqua-
bitꝰ 40.m̃.2 co.quare res valebit p capitulũ cõpositorũ
℞.41.m̃.1.& hec erit sũa numerorũ qua habita dic diui
de ℞.41.m̃.1.in duas partes quarũ vna in alterã ducta
fatiat 11.m̃.℞.41.hec ẽ.n.ꝓductio vnius in alterũ eo ꝙ
10.supponebatꝰ agregatũ numerorũ cũ ꝓductione igitꝰ

ſublato agregato ꝙ ē ℞.41.m̄.1.ex10.remanet productũ vnius in alterũ 11.m̄.℞.41.diuide igiť ꝑ regulã centeſimãprimã quadrageſimi ſecundi capituli ℞.41.m̄.1. in duas partes æquales & vna erit ℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄. $\frac{1}{2}$ quadra fit 10 $\frac{1}{2}$ m̄. ℞.10 $\frac{1}{4}$ detrae 11.m̄.℞.41. ex 10 $\frac{1}{2}$ m̄. ℞. 10 $\frac{1}{4}$ fit ℞.41.m̄.℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ quare idē ē ꝑ p̄cedētē vel ꝑ dicēda in qōne ſeptuageſimanona ℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ huius igiť ℞.detracta ex dimidio numeri oſtēdit partes: fuit dimidiũ numeri ℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ a quo dēpto ℞℞.10 $\frac{1}{4}$m̄.$\frac{1}{2}$ fiet minor numer⁹ ℞VL.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ m̄.℞VL.℞.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ maior aũt ℞VL.10 $\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ p̄.℞VL.℞.10 $\frac{1}{4}$m̄.$\frac{1}{2}$ ꝙ eſt intētũ Circa hec nota ꝙ licet in centeſima prima regula quadrageſimiſecũdi capituli dictũ ſit qũo aliqs numerus diuidať in duas partes quarũ quadrata iuncta fatiant aliquē numerũ datur tñ modus facilior & eſt hic volo exēpli gratia diuidere 7.in duas partes quarũ quadrata ſimul iũcta fatiant 29.diuide 7.fit 3 $\frac{1}{2}$ quadra fit 12 $\frac{1}{4}$ detrae ex dimidio 29.quod eſt 14 $\frac{1}{2}$ remanet 2 $\frac{1}{4}$ cuius ℞.que eſt 1 $\frac{1}{2}$ addita & detracta a 3 $\frac{1}{2}$ facit partes illas que ſunt 2.& 5.

Regula de Medio.

36 Operamur autē aliquãdo ꝑ regulã que vocať de Medio & hec abſoluit nos a pluribus operationibus & forma regule talis ē pone $\frac{1}{2}$ quã.ꝓ agregato numeri querendi.deinde diuide $\frac{1}{2}$quã.in duas partes quarũ vna ē 1 co.alia $\frac{1}{2}$ qua.m̄.1 co.deinde multiplicamus inuicem partes & ꝓductum fit $\frac{1}{2}$ co. quã.m̄.1 ce.deinde operamur adendo aut minuendo numerũ.poſt ponimus $\frac{1}{2}$ co. quã.tanquã ſit $\frac{1}{2}$ co.& operamur ꝑ capitulũ cōpoſitorũ minorũ aut ſi multiplicatio ſit geminata ꝑ capitulũ cōpoſitorũ maiorum in tribus

		$\frac{1}{2}$ quan.
	1 co.	$\frac{1}{2}$ quã.m̄.1 co.

modis descriptis diuidẽdo $\frac{1}{2}$ co.quan.& fit $\frac{1}{4}$ quadra fit $\frac{1}{16}$ adde aut minue a numero fit totũ ℞.vniuersalis addenda dimidio radicũ aut minuẽda.deinde quadrabimus vtrãq; partẽ & accipiemus agregatũ vtriusq; partis in quo semp anihilat᷑ multiplicatio incruciata quia vna ẽ m̃.alia p̃.& hoc totũ adde quãtitati secũde querẽde & ℞.totius m̃.$\frac{1}{2}$ aut plus: ẽ quesitum.& ad discernendum quidam operantur per trigeminatas quãtitates admodum fractorum.

Exẽplũ inuenias duos numeros quorũ multiplicatio inuicẽ faciat 8.& quadrata iũcta sint cũ ipsis numeris 27.pone ꝙ agregatũ ex numeris sit $\frac{1}{2}$ quã. hoc diuide in duas partes quarum vna sit 1 co.alia erit $\frac{1}{2}$ q̃n. m̃.1 co.& q̃a multiplicatio debet facere 8.multiplica 1 co. in $\frac{1}{2}$ quan.m̃. 1 co.fit $\frac{1}{2}$ co.quã.m̃.1 ce. & hoc æquatur 8. igitur $\frac{1}{2}$ co.quã.æquat᷑ 1 ce.p̃.8. diuide $\frac{1}{2}$ co. ex capitulo

$\frac{1}{2}$ quã.

1 co. $\frac{1}{2}$ quã.m̃.1 co.

$\frac{1}{2}$ co.quã.m̃.1 ce.8

$\frac{1}{4}$ quad.$\frac{1}{16}$

$\frac{1}{16}$ m̃.8

℞.L.$\frac{1}{4}$ m̃.℞.V.$\frac{1}{16}$ m̃.8

℞.L.$\frac{1}{4}$ p̃.℞.V.$\frac{1}{16}$ m̃.8

rancor fit $\frac{1}{4}$ quadra fit $\frac{1}{16}$ minue numerũ vt in capitulo rancor minue fit $\frac{1}{16}$ m̃.8.igit᷑ hoc totũ minue & adde dimidio radicũ p ipsũmet capitulũ fit $\frac{1}{4}$ m̃.$\frac{1}{16}$ m̃.8. & $\frac{1}{4}$ p̃.$\frac{1}{16}$ m̃.8.his adde ℞.capiendo eã absolutã & post vniuersalem fit vna pars ℞.L. $\frac{1}{4}$ m̃.℞.V.$\frac{1}{16}$ m̃.8.alia ℞.L. $\frac{1}{4}$ p̃.℞.V.$\frac{1}{16}$ m̃.8.& q̃a thema dicit ꝙ numeri debẽt quadrari ideo quadrabuntur vtriq; hoc modo vt vides $\frac{1}{16}$ p̃.$\frac{1}{16}$ p̃.8.& $\frac{1}{16}$ p̃.$\frac{1}{16}$

℞.L.$\frac{1}{4}$ m̃.℞.V.$\frac{1}{16}$ m̃.8.

℞.L.$\frac{1}{4}$ p̃.℞.V $\frac{1}{16}$ m̃.8.

$\frac{1}{16}$ $\frac{1}{16}$ p̃.8.

$\frac{1}{13}$ $\frac{1}{16}$ p̃.8.

$\frac{1}{4}$ p̃.$\frac{16}{27}$

℞.43 $\frac{1}{4}$ m̃.$\frac{1}{2}$

p̄.8.nā alie incruciationes cadūt qa ,vna est p̄.alia m̄.& sunt æquales iunge igitur hec duo ,pducta & fient $\frac{1}{4}$ p̄. 16.qbus adde 27.& fient 43$\frac{1}{4}$ huius igit' ℞.m̄.$\frac{1}{2}$ est numerus quesitus idest agregatū est igit' agregatū ℞.43$\frac{1}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ diuide igit' p centesimā regulā quadragesimisecūdi capituli ℞.43$\frac{3}{4}$ m̄.$\frac{1}{2}$ in duas partes ex quarum multiplicatione proueniat 8. & operaberis complementum quesiti sed illud postmodum est extra propositum.

Et hāc habui a Magistro kabriele de Aratoribusqui eā habuit a Fratre Luca & est ingeniosa valde hic aūt Magister kabriel fuit ille qui impulit me vt cōponerez húc librū,exēpla regule videbis in qōnibus.regula aūt dupli a me inuēta est facilior quidē sed plura presuponit.hec autem si per se sumatur longe est vniuersalior.

❡Caput 52.De sotietatibus.



Es sotietatū leuis est cōstat.n.ex quinq; ex capitali partiū,ex redditu ,pportiōali,ex tempore mansionis,ex existimatione psonarum, & agregato toto q corpus appellatur sotietatis.

1 Et circa hoc vnū tm̄ particulare conuenit scire q cum portiones non æquātes vnitatē iungunt',semp agregatū ex denominatoribus ,p vnitate statuendū est, veluti 4.sotietatē ineunt primus vult dimidiū, secūdus tertiā partē terti⁹ quartā:quartus quintā:totius lucri.tu scis q $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{5}$.implent $\frac{77}{60}$ vnius integri,nō igit' est possibile ex re q̄ tantū est 60.dare 77. diuidemus igit' 77.dādo primo partes 30.& secūdo 20. & tertio 15.& quarto 12.seruabit'.n.,pportio inter eos qualis fuit inter $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{5}$.nā sicut $\frac{1}{2}$ est duplum ad $\frac{1}{4}$ ita 30.ad 15.& sicut $\frac{1}{2}$ est dimidio maior $\frac{1}{3}$.ita 30.cōtinet 20.& dimidiū eius & ita si vnus vellet $\frac{1}{2}$ & alius $\frac{1}{3}$ & hoc ē minus integro:diuide productū ex 2.in 3.& est 6.per 2.& 3.exibūt iidē,q iuncti ponent' p denominatore,habebit igit' primus $\frac{3}{5}$ & secun

dus$\frac{2}{3}$,reducendo ad regulam dicemus poſito ꝙ eſſent partes date $\frac{1}{2}$.$\frac{1}{3}$.$\frac{1}{4}$:q̄ ſumpte in 12.habēte illas partes fa‑ tiūt 13.ſi 6.& 4.& 3.q̄ fuerūt partes de 12.diuiſo p $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$. fatiūt 1.diuiſum p 13.qd erūt $\frac{6}{12}$ $\frac{4}{12}$ $\frac{3}{12}$. & fient $\frac{6}{13}$ $\frac{4}{13}$ $\frac{3}{13}$.& hoc eſt dicere ſi $\frac{1}{12}$ fiat $\frac{1}{13}$ qd fient $\frac{6}{12}$ $\frac{4}{12}$ $\frac{3}{12}$,& fient $\frac{6}{13}$ $\frac{4}{13}$ $\frac{3}{13}$:regula igit̃ pratica eſt vt ducas denominatores inuicē vt pote $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ fiūt 12.deinde diuide p vnū quodq̃ denomi‑ natorū primi ſecūdi & tertii,& fiēt pro primo 6.p ſecūdo 4.p tertio 3.& hoc ſerua ,deinde iunge ſi‑ mul & agregatū pone pro denominatore ꝙ ē 13.& nu‑ merū ſeruatū p numeratore hoc modo $\frac{6}{13}$ $\frac{4}{13}$ $\frac{3}{13}$ quare

$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$
12

|3|4|6
13|13|13

Et p fundamēto hius opinionis exiſtimāt ꝙ ſi qs dicat ſi 3.eſſet medietas 4.q̄ eſſet ſexta pars de 12.dicūt quod medietas 4.eſt 2.igit̃ 3.eſſet 2.ſi igit̃ 3.eſſet 2. qd fiet 12 & fiet p regulam 3. ducto 2.in 12.fit 24.diuiſo p 3.fit 8. eius ſexta pars eſt 1 $\frac{1}{3}$,igitur ſi 3. eſſet medietas 4. ſexta pars 12.eſſet 1 $\frac{1}{3}$.& ſimiliter ſi 5. eēt quarta pars 30.peto 2.cuius eſſet tertia.pars quarta pars 30.ē 7 $\frac{1}{2}$,igitur ſi 5. eſſet 7 $\frac{1}{2}$,2.cuius erit tertia pars tripla 2.fit 6. duc in 7 $\frac{1}{2}$ fit 45.diuide per 5.fit 9.igit̃ 2.eēt tertia pars de 9, ꝙ p‑ bat̃ pcōuerſus dicēdo ſi quarta pars 30.ē 5.tertia pars 9 quid erit,diuide p quartā partē 30. & eſt 7 $\frac{1}{2}$, productū ex 5.in 9.quod eſt 45.exit 6.cuius,tertia pars eſt 2.

Et hic eſt ſenſus dicētis ſi 3.eſſet medietas 4.q̄ eſſet ſex ta pars de 12.& hoc ex virtute ſermonis, ꝙ ſi diceret ſi medietas 4.eſſet 3.q̄ nā eſſet ſexta pars 12.tunc eſſet to tū cōuerſum,eſſet.n.ſenſus ſi 2.eſſet 3.q̄ nam eſſet ſexta pars 12.duc 12.in 3.ſit 36.diuide per 2.fiet 18. eius ſexta pars eſt 3.igit̃ vno mō eſt 1 $\frac{1}{3}$,& alio modo.3. nam ſubie ctū ſermonis ꝙ ē 2.auget̃:hoc mō autē 3.fit ſubiectum ſermonis,& minuit̃:cū igit̃ qs dicit ſi 3. eſſet medietas 4.intelligit̃ diminutio,& ſi dicat ſi medietas 4. eſſet 3.

intelligit auctio, primus.n.terminus q ꝓfert est res q̄ augetur aut minuitur, cōsidera igitur si secūdus terminus ē maior primo fit auctio, si minor diminutio: & semper secūdus terminus debet duci p tertiū, Et diuidi per primū: sed oportet etiā intelligere bene qs sit tertius terminus multiplicādus, Frater autē Lucas credidit hos ambos sensus in eodē sermone posse cōtineri atq; ita distinxit. Verū hoc nō est ita: sermo.n. mathematicorum abhorret ambiguitatē. verū sunt res he cōtentiosi hominis, & nō optimi arithmetici, eum vero q talibus sermonū decipulis studet reiicere tanq̄ inutilē debemus. cum igitur dicimus primus debet habere $\frac{1}{2}$, secundus $\frac{1}{3}$, tertius $\frac{1}{4}$. clarū ē q̄ ꝓportio eadē seruāda est & hoc vtroq; sensu posito neccessario euenit & etiā secūdū opinionem nostrā q̄ est multū ab his distincta: verū cū dicimus si 3. esset medietas 2. q̄ nā esset sexta pars 12. tūc est alius sensus verior istis nā neque 2. in totū vsq; ad 3. augeri debet, nec 3. in totū diminui vsq; ad 2. sed ambo debēt ad alterū accedere ita q̄ fiant æquales, Nā & natura rerū ita est q̄ in vtroq; termino variatio æqualis esse debet, & similiter si dicamus si ex ductu 3. in 2. fiat 4. nam hoc nō est aliud quā 3. esse medietatē 4. nam q̄libet medietas duplata ꝓducit suū totū: qd igitur erit sexta pars 12. & hoc demōstratur clare in supfitie cuius vnū latus ē diuisum in 3. aliud in 2. & supsities sit 4. in veritate: nā duplatū 3. hoc mō ꝓducit 4. in hoc igitur veriore sensu ducemus 3. in 2. in apparētia fit 6. & qm̄ ponitur 4. diuide verū positū p positū falsum & est diuidere 4. p 6. fit $\frac{2}{3}$: accipe ℞. eius & eā duc in oēs terminos quos quæris & habebis eos, duc $\frac{2}{3}$ in 9. fit 6. & erit 3. ℞. 6. & similiter duc ℞. $\frac{2}{3}$ in 2. fit 2 $\frac{2}{3}$ & ℞. eius erit 2. & sic dicemns q̄ 12 erit ℞. 96. & eius sexta pars erit ℞. 2 $\frac{2}{3}$: & ita si qs dicat si ex 3. in 4. fieret 7. quātū fieret ex 2. in 6. duc 3. in 4. fit

12. diuide 7. p 12. exit $\frac{7}{12}$: & eius R̷. ducenda erit in oēs terminos, quadrabimus igit̄ 3.4.2.6. fient. 9.16.4.36. ductii in $\frac{7}{12}$ faciūt 5 $\frac{1}{4}$: & 9 $\frac{1}{3}$: & 2 $\frac{1}{3}$: & 21: erit igit̄ 3. R̷. 5 $\frac{1}{4}$: & 4. erit R̷. 9 $\frac{1}{3}$: & 2. R̷. 2 $\frac{1}{3}$: & 6. R̷. 21. igit̄ ex 2. in 6. fiet quātū ex R̷. 2 $\frac{1}{3}$ in R̷. 21: & fit R̷. 49. q̄ est sicut etiam ex 3. in 4. & hic modus seruit almagesto & veritati: & superfitiebus & nos demōstrauimus alias ipsum, & cōfert ad habēdā veritatē in pluribus quæsitis cū reliqui tantum sint ad ostentationem: & vbi modus hic in sotietatibus quod tamen rarissime accidit, differentiam ab aliis adduceret ipso & non aliis attendere debes.

2 Veniēdo igitur ad exēplū sotietatū ponā distiuguentia modos qnq; licet fere in omnibus capitale, corpus, & tēpus, & redditus, necessario presuponantur, persona autem extimatione deprenditur, suffitient autem exemplum vnum tantum per que omnia hec cōprendentur Diuites duo mercatores sotietatē inierūt in kallendis Ianuarii 1536. Primus posuit aureos 1000. & voluit $\frac{2}{3}$ totius lucri: & secūdus posuit aureos 700. & contentus fuit accipere $\frac{1}{3}$: superuenit autē in kallendis Augusti tertius sotius q dixit ego ponā psonā & aureos 100. & ipsi duo primi cōputauerūt lucrū factū in mēsibus 7. cum capitali, & inuenerūt ꝙ respectu totius si ille poneret ꝙ ꝓmisserat poterat dari $\frac{1}{4}$ totius lucri habita ꝓportione eius q trahebat $\frac{1}{3}$ cū aureis 700. respectu totius capitalis primi ꝙ fuit 1700: & ita cōuenerūt ꝙ primus haberet $\frac{2}{3}$ secundus $\frac{1}{3}$ tertius $\frac{1}{4}$ totius lucri a kallendis Augusti vsq; quo duraret sotietas, & ꝙ illud ꝙ aquisitum fuerat p 7. menses priores in fine haberetur ꝓ capitali respectu tertii & ꝙ haberet diuidi p duos primos sub cōditione prima inter eos facta in capite igitur anni 1537. idest in fine, ꝓditū fuit inuentariū factum in kallendis Augusti & inuenerūt vltra totū capitale triū sotiorum

ꝙ fuit 1800. aureorũ lucrũ aureorum 800. cõputato lucro facto in primis 7. mensibus, cum igitur nescirent ipsum quesitum fuit quãtum vnicuiqȝ deberetur & quãti estimata est persona illius.

Pone igitur res cognitas hoc modo vt vides p ordinẽ cũ suis tẽporibus.

Primus 1000 menses $24\frac{2}{3}$
Secũdus 700 menses $24.\frac{1}{3}$
tertius 100. & psonã men ses $17.\frac{1}{4}$

Ignota autẽ sunt lucrũ 7. mensium & æstimatio psone Cũ igitur secũdus habeat $\frac{1}{3}$ totius ex $\frac{7}{17}$ quos posuit, qd posuit tertius vt haberet $\frac{1}{4}$, reduces $\frac{2}{5}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ simul & fient p primo $\frac{8}{15}$, p secũdo $\frac{4}{15}$, p tertio $\frac{3}{15}$, & est $\frac{1}{5}$, si igit $\frac{1}{3}$ fit ex $\frac{7}{17}$ pcedentibus capitalis, ex quo fiet $\frac{1}{5}$, duc $\frac{1}{5}$ in $\frac{7}{17}$ fiunt $\frac{7}{85}$, diuide p $\frac{1}{3}$ exeũt $\frac{21}{85}$, tantũ igit posuit tertius computata psona & aureis 100. respectu aliorũ: reliqui autẽ q posuerãt 1700. & lucrũ 7. mẽsiũ posuerũt $\frac{64}{85}$ residuũ videlicet totius capitalis. Pone igit ꝙ lucrũ 7. mẽsium fuerit 1 co. igit capitale duorũ primũ fuit 1700. p̃. 1 co. & hoc est æquale $\frac{64}{85}$ totius capitalis, dic igirur si 1700. pducit 1 co. in 7. mẽsibus, qd pducet totũ capitale cũ tertio in 17. mẽsibus, hoc autẽ faties in tribus vicibus p regulam 3. dicendo si 1700. p̃. 1 co. sunt $\frac{64}{85}$ capitalis $\frac{21}{85}$ capitalis quid erunt: duc 21. in 1700. p̃. 1 co. fiunt 35700. p̃. 21 co. diuide per 64. exeunt $\frac{21}{64}$ co. p̃. 557 $\frac{13}{16}$: hoc adde ad capitale duorum fiet 2257 $\frac{13}{16}$ p̃. 1 co. $\frac{21}{64}$.

Dic postmodũ secũdo, si 1700. lucrat 1 co. qd lucrabit 2257 $\frac{13}{16}$ p̃. 1 co. $\frac{21}{64}$ in totidem mensibus videlicet 7. duc 1 co. in 2257 $\frac{13}{16}$ p̃. 1 co. $\frac{21}{64}$ fient 2257 $\frac{13}{16}$ co. p̃. 1 ce. $\frac{21}{64}$: & hoc esset diuidẽdũ p 1700. sed qa q̃rimus lucrũ 17. mẽsiũ duc totũ p 17. fient ce. 22 $\frac{37}{64}$: p̃. 36125 $\frac{13}{16}$ co. diuide p 7. exibũt ce. 3 $\frac{101}{448}$ p̃. 5160 $\frac{93}{112}$ co. hoc igit diuide p 1700 exeũt $\frac{289}{152320}$ ce. p̃. 3. $\frac{6813}{190400}$ co. cui adde 1 co. q̃ fuit lucrũ aquisitũ ante kallendas Augusti, fiet totũ lucrum

4 $\frac{6813}{190400}$ co.p̃. $\frac{289}{152320}$ cẽsus, & hoc debuit æquari toti lucro q̃ fuit 800. aureorũ: reduces ad cẽsuz primo multiplicãdo omnia p 152320. & fiẽt ce. 289. p̃. 609825 $\frac{2}{5}$ co. æqualia 121856000. aureorũ, igit̃ diuide omnia p 289. fiet 1 ce. p̃. 2110 $\frac{177}{1445}$ co. æqualia 421647 $\frac{1}{17}$ seq̃re æquationẽ p capitulũ res ualet ℞. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ m̃. 1055 $\frac{177}{2890}$: & hoc fuit lucrũ primorũ 7. mẽsium, q̃ detrae a totali lucro videlicet aureis 800. remanet lucrũ mensiũ 17. hoc 1855 $\frac{177}{2890}$ minus ℞. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ & hoc debet diuidi, dãdo primo $\frac{8}{15}$: & secũdo $\frac{4}{15}$: & tertio $\frac{1}{5}$. reliquũ autem q̃ fuit ℞. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ debet diuidi ita q̃ primo dẽtur $\frac{2}{3}$, & secũdo $\frac{1}{3}$, Veniẽdo ad aproximationẽ nam res mercature hoc postulãt nec manent in quãtitatibus surdis: excipe ℞. 1534801 $\frac{702278381}{2413756900}$ & est 1238 $\frac{2157}{2476}$ a qua detrae 1055 $\frac{177}{2890}$ remanẽt aurei 183. cuz $\frac{2897739}{3577820}$: hoc autẽ est diuidẽdũ ita vt primo $\frac{2}{3}$ & secundo $\frac{1}{3}$ adueniat fient igit̃ primo 122 $\frac{1031826}{3577820}$ secundo autẽ 61 $\frac{965913}{3577820}$ residuũ autẽ ẽ aurei 616 $\frac{68\ 581}{3577820}$. ex q̃bus dando primo $\frac{8}{15}$ secundo $\frac{4}{15}$ tertio $\frac{1}{5}$ fiunt primo 328 $\frac{2270880}{3577820}$ secũdo autẽ aurei 164 $\frac{1135440}{3577820}$ tertio autẽ 123 $\frac{851581}{3577820}$: iũctis igit̃ partibus primi in 7. & in 17. mẽsibus & similiter secũdi fiẽt primo aurei 451 $\frac{624886}{3577820}$ secũdo autẽ aurei 225 $\frac{2101353}{3577820}$ & tertio q̃ prius videlicet aurei 123 $\frac{851581}{3577820}$: ex q̃bus cõflat̃ summa aureorũ 800. Modo autẽ videamus quãti p̃sona fuit extimata lucrũ primũ fuit aurei 183 $\frac{2897730}{3577820}$ additis 1700. capitalis fiunt 1883 $\frac{2897739}{3577820}$ tertius igit̃ posuit $\frac{21}{85}$ huius summe duc totum in 21. & fiunt 39543 $\frac{60852519}{3577820}$ diuide per 85. exeunt 465 $\frac{1473568}{3577820}$ & q̃a posuit aureos 100. in peccunia igit̃ persona fuit extimata p̃ reliquo videlicet aureis 365 $\frac{1473568}{3577820}$ quare totum corpus sotietatis in fine debuit apellari q̃ esset aureorũ 2965 $\frac{1473568}{3577820}$: aliqui autẽ hoc primo inueniunt deinde per ipsum dant lucra verum posui modũ

hic faciliorem quo perfecte intellecto scies inuenire & soluere omnes quæstiones sotietatum.

¶ Caput 53. De societatibus bestiarum.


Olent diuites dare colonis bestias vt pecudes & vacas ea cōditione vt post certū tempus diuidāt capitale & lucrū, vel ꝓuentū: nā loco bestiarum agricola nō solum curā, sed & cibū ponit, Vnde in certo tempore conuentionis dominus & agricola diuidunt totum capitale, & prouentum, per æqualia: vel saltem ad datas portiones: sæpe tamen & colonus aliquam partem ponit.

Totū igit̄ negotiū cōsistit in duobus primo in tēporis inuentione, & hec habet̄ p modū fusionis metallorū ꝓut dictū est in capitulo suo, q̄res igitur omnia residua tēporū & ea duces in capita animaliū, & totū diuides p capita animaliū, & q̄ exit est tēpus, Exēplū qdā dedit 100. peccudes ad tenendū 5. annis, deinde post bieniū dedit 300. eadē cōditione, deinde post annū & mediū 150. alias ea cōditione: q̄ritur qn̄ hic dicet̄ tenuisse 5. annis oēs pecudes, & ita qn̄ finita erit pactio: qn̄ igit̄ posuit 150. pecudes defitiebāt anni $1\frac{1}{2}$ ꝓ cōplēdo tp̄s 100 peccudū: duc $1\frac{1}{2}$ ī 100, fit 150. & silr qn̄ posuit easdē 150. deffitiebant anni $3\frac{1}{2}$ ad cōplēdū tēpus 300. peccudū duc 300. in $3\frac{1}{2}$ fit 1050. vltimo ad 150. deffitiebāt anni 5. duc 150. in 5. fiūt 750. iunge simul fiūt oēs peccudes 150. 1050. 750. & ita fient oēs 1950. diuide p agregatū pecudū & ē 550. & fient anni $3\frac{6}{11}$: & tāto tempore tenebit oēs peccudes a die in qua recepit vltimas 150, predíces igitur sotietatē finiri ab initio inchoādo annis $7\frac{1}{22}$: ꝓbatio ē vt reducas totū tēpus & peccudes inuicem & fiet

100	300
$1\frac{1}{2}$	$3\frac{1}{2}$
150	1050

150
5
750
150
1050
750
1950
550
$3\frac{6}{11}$

summa 2750.tẽporis & peccudũ in vltima autẽ peccu
dũ 150.datione, iã pcesserat pecudũ & tẽporis summa
800.igitur deductis 800.ex 2750.remanẽt 1950. quam
obrem cum sint 550.peccudes ad complendum 1950.
requiruntur anni $3\frac{6}{11}$.
Secũdũ ẽ q cũ fienda sit diuisio ante tẽpus vel post, de
me partẽ positã ex parte habẽda & residuũ duc in tem
pus sotietatis, & diuide p tẽpus pactionis: & talẽ partẽ
dabis colono vltra debitã portionẽ potes & idẽ facere
ducẽdo in residuũ animaliũ, exẽplũ dñs posuit peccu-
des 100.colonus nihil: debuit infra 5.annos capitale &
puẽtus diuidi p æqualia qa igitur colonus nihil posuit
aduenit ei medietas tota ppter tẽpus annorũ 5. duc igi
tur in casu in quo accideret diuisio in annis $3\frac{1}{2}$: si 5.an-
ni dant $\frac{1}{2}$ qd dabuit $3\frac{1}{2}$ duc $3\frac{1}{2}$ in $\frac{1}{2}$ fiũt $1\frac{3}{4}$: diuide per 5.
exeũt $\frac{7}{20}$, & hec erit pars coloni reliquũ erit domini q
est $\frac{13}{20}$, & idẽ redit fatiendo de peccudibus ponamus q
peccudes ille in annis $3\frac{1}{2}$ facte eẽnt 300.igit pars coloni
eẽt 150.in 5.annis: dic igit si anni 5.dãt peccudes 150.q̃
tũ dabunt anni $3\frac{1}{2}$, duc $3\frac{1}{2}$ in 150.fiũt 525. diuide p 5.&
erũt peccudes 105.& h̃ ẽ $\frac{7}{20}$ de 300.q̃re vno & alio mõ
idẽ redit. Quod si colonus posuisset vacas 8. dñs 32. &
deberent diuidere in annis tribus, accidit autẽ vt coge
rent diuidere in 28.mẽsibus, fac. Vt dictũ ẽ ponamus
q tunc fuerint capita 76.deme $\frac{1}{5}$.q ẽ pars coloni in ca
pitali, nã 8.est $\frac{1}{5}$ de 40.ex $\frac{1}{2}$ & hoc ẽ q debet ei in 3. an-
nis remanẽt $\frac{3}{10}$, duc in 28.menses fiũt $\frac{84}{10}$ mensiũ, diui-
de p 36.menses exeũt $\frac{7}{30}$, dabis igit collono p parte sua
primo $\frac{1}{5}$ totius deinde $\frac{7}{30}$ & hoc totũ est $\frac{13}{30}$ totius, duc
13.in 76.fiũt 988.diuide p 30.exeũt $32\frac{14}{15}$, & tot debẽtur
colono relique dño: hoc eodẽ mõ faties si tempus trans
gresum fuerit parte coloni de tracta prius, de reliquo
idẽ operaberis secũdũ Fratrẽ Lucã, Exẽplũ posuit dñs

100. peccudes, colonus nihil, vt diuideret grex p $\frac{1}{2}$ in 4. annis, colonus tenuit 7. annis, & fuerũt peccudes 700. da primo 350. colono, deinde diuide reliquas 350. in medium fiunt 175. duc 175. in 3. & est tempus vltra primaȝ cõuentionẽ, fient peccudes 525. diuide p 4. exeũt 131 $\frac{1}{4}$ adde ad 350. habebit colonus 481 $\frac{1}{4}$: dñs residuũ 218 $\frac{3}{4}$.

¶ Caput 54. De pensionibus domorũ cũ mutuo censu.



Vidã locãt domos accipiẽdo peccuniã ante & regula in hoc nõ exponetur nisi p exẽplũ qdaȝ accepit domũ p libris 23. singulo anno & dedit dño domus libras 60. donec extinguerẽtur libre ille & post e domo discesurus ita q de libris 60. volebat 5. pro 100. & est $\frac{1}{20}$: sicut solet fieri singullo anno quæritur quando finietur & locatio.

Ad hãc interrogationẽ ẽ triplex solutio sicut & triplex intellectus, vel. n. vult 5. pro 100. absolute, ita q incepto anno alio nõ vult traere nisi ex capitali, vel vult traere ex capitali & redditu, vel vult q intelligatur portio tẽporis p portione lucri, & licet duo primi modi hic non videãtur differre qm̃ redditus peccunie est minor redditu domus, dabo tamẽ tibi ẽxẽplũ differentie qdã dedit 1000. aureos hac cõditione vt psolueret aureos 20. ex domus ficto & acciperet aureos 50. propter peccunias datas, tunc si loqmur de reddítu simplici illi 1000. aurei crescent continue aureis 30. sine differẽtia sic in 10. annis essent 1300. aurei si vero sit redditus capitalis tũc in primo anno habebit aureos 1030. in secundo 1061 $\frac{1}{2}$, in tertio 1094 $\frac{3}{40}$, & ita de aliis de hoc igitur videbitur in capitulo suo.

Remanẽt igitur duo modi vel q intelligamus ex peccuniis partẽ tẽporis p toto anno cõputari, & hoc mõ soluit Frater Lucas & nõ cõuenit modus talis est, ex 60 libris primo anno lucratur 3, fiunt 63, deducas 23, rema-

nẽt 40. in secũdo anno ex 40. libris deducũtur 2. & fiunt 42. de me 23. remanẽt 19. & qa ille retinet 19. libras tertio anno licet non toto qa citius extinguntur dat tñ Frater Lucas redditum totius anni videlicet $\frac{19}{20}$ vnius libre, fiunt igitur libre 19 $\frac{19}{20}$ & qualis pars est 19 $\frac{19}{20}$ de 23. talẽ partẽ accipies de anno q̃ facilirer habebitur ducẽdo 19 $\frac{19}{20}$ & similiter 23. p denominatorẽ & fiẽt $\frac{399}{400}$ vnius anni & in tanto tempore locatio hec finiet hoc mõ. Si vero rectius velis examinare vt sicut ille non habet cẽsum e domo nisi p tpe locationis. ita alius nõ debet tracre ex pecuniis p toto anno si finiant ante ipsuz, dic igitur vt prius p duobus primis annis: in tertio autẽ remanebunt 19. libre quas pmereri faties tm̃ pro tẽpore quo ille manebit in domo, cum igitur cẽsus domus sit libre 23. oportebit igitur vt tempus illud sit tale quod fatiat promereri ex redditu totius anni & est $\frac{19}{20}$ talem partem que addita ad 19. proportionem obtineat ad 23. qualis est pars. ipsum tempus totius anni.

Hãc aũt partẽ inuenies ex regula cẽtesimatrigesimasexta capituli 42. sic detrao $\frac{19}{20}$ ex 23. fit 22 $\frac{1}{20}$ diuido per 19. exit 1 $\frac{61}{380}$ siue $\frac{441}{380}$ & hic est numerus q̃situs, nam accepta parte siue diuiso 23. p $\frac{441}{380}$ exeũt 19 $\frac{361}{441}$, diuiso autem $\frac{19}{20}$ p $\frac{441}{380}$ exeunt $\frac{361}{441}$, q̃ addita ad 19. fatiũt 19 $\frac{361}{441}$ Vnde nota q diuidere $\frac{19}{20}$ p $\frac{441}{380}$ nõ est nisi ecõtrario diuidere 380. p 20. & q exit ducere in 19. & fit 361. & ponere numeratorẽ 441. diuisoris, p denominatore, & hoc nota exẽplũ aliud volo diuidere $\frac{17}{24}$ p $\frac{47}{96}$ dico e conuerso fatias diuide 96. p 24. exit 4. duc in 17. fiũt 68. & ita $\frac{68}{47}$ exibũt ex tali diuisione, igitur in proposito fuerunt $\frac{441}{380}$ de 23. & soluit 19 $\frac{361}{441}$ & hoc fuit tanta pars de 23. quãtum fuit tempus de anno. videlicet $\frac{8740}{19143}$ posset etiam fieri per rem sed est difficilior.

Caput 55. de transmutationibus.



Es trāsmutationū cognoscit̄ in quatuor modis primus est vt sit simplex secūdus vt sit cū parte peccunie tertius ē vt sit cū expectatione tēporis, & ex his cōponitur quartus modus & est vt sit cū parte peccunie, & expectatione temporis simul In his autem modis 6. queruntur primū qūo æqualiter fiat transmutatio secundū si facta sit ex quo facta est. tertiū qs lucratur aut Perdit & quātū quartū quātum p 100. quintū ex quo debet fieri vt lucret̄ certā portionē sextū quomodo fieri debet aut facta fuit nam hec semper sunt Idē vt lucretur tantum p centum sunt igitur modi oēs 24. sunt & alii modi sed ex his pēdent oēs .n. minutias velle exponere ē infinitū si igitur qs dicat qdā vult dare lanā valoris 10. p 12. ego habeo telā valoris 7. q̄tū ponere debeo dic si 10. pducit 12. qd pducet 7. duc 7. in 12. fit 84. diuide p 10. exit 8 $\frac{2}{5}$ & hoc ē p̄tiū. Secundū dixit quidā posuit lanā valoris 10. pro 12. & recepit telā valore 8 $\frac{2}{5}$ & fuit trāsmutatio æqualis quātū tela valuit duc conuerso modo 8 $\frac{2}{5}$ in 10. fit 84. diuide per 12. exit 7. & tantum valuit.

Tertiū quidā dedit q valebat 5. pro 6. & recepit q valebat 14. pro 17. dicitur autē valor duplex: aut pretiū quo in pecunia vendi solent merces: aut pretiū quo res ipsa prius aut facta aut empta fuit a mercatore, vtrouis mō nil refert, & pōt vtrūq capitale appellari. quero igitur quis lucratur ex eis: & quātū: primo quere pretiū æquale per primā dicendo si 5. producit 6. qd pducet 14. duc 14. in 6. fit 84. diuide per 5. exit 16 $\frac{4}{5}$: & tantum debuit ponere quod valuit 14. & posuit 17. igitur ex 14. vel ex 16 $\frac{4}{5}$ lucratur $\frac{1}{5}$. nam 17. excedit 16 $\frac{4}{5}$ in $\frac{1}{5}$.

Quartū & si volueris scire quātū p centum, ille de 17. lucratur: vel intelligis de capitali idest respectu 14. vel

de ptio apretiato & est 16 $\frac{4}{5}$: vtroq; at mo duc $\frac{1}{5}$ in 100. fiunt $\frac{100}{5}$ h si diuiseris p 16 $\frac{4}{5}$ exibit veru ptiu lucri q erit 1 $\frac{4}{21}$ si vero diuiseris p veru capitale exibit aptiatu: veru capitale e 14. diuide $\frac{100}{5}$ p 14. & est dicere diuide 20. p 14, exit 1 $\frac{3}{7}$: & hoc est lucru apreciatu, qn igitur dicis ex 16 $\frac{4}{5}$ lucratur $\frac{1}{5}$ hoc est veru pretiu, qa vedet ex illa comutatione in pecunia q vedidisset 16 $\frac{4}{5}$ veder 17. & ita lucrabit $\frac{1}{84}$ de suo capitali si vero dicas q lucratur $\frac{1}{5}$ de 14 hoc no est veru qa illud $\frac{1}{5}$ in rei veritate tato minus vedet in peccunia numerata quato ille q dedit 5. p 6. apreciauit $\frac{1}{5}$ q in rei veritate tm valebat $\frac{1}{6}$ in peccunia numerata siue igit dicas lucrat de 14 $\frac{1}{6}$ siue de 16 $\frac{4}{5}$ lucrat $\frac{1}{5}$ ide e, na vtruq; est $\frac{1}{84}$: ad inueniendu igit verum lucru in capitali qn diximus lucratur ex 16 $\frac{4}{5}$ ipsum $\frac{1}{5}$ volo scire qd in rei veritate lucretur: duc lucru $\frac{1}{5}$ p capitale 14. fiut $\frac{14}{5}$ hoc diuide p apreciatum quod est 16 $\frac{4}{5}$ exeut $\frac{1}{6}$, & tantum lucratur in veritate & ita declaro hoc. Sit vt vnus ponat q valet 4. p 7. & alius q valet 5. pro 7. certu est q facta comutatione ille q dedit 4. & recepit 5. lucratur $\frac{1}{4}$ sui capitalis in veritate & hoc est 25. p 100. sequere igitur regula dicedo si 5. ponit 7. quatum ponet 4. exibut 5 $\frac{3}{5}$, igit ex 4. lucratur residuu 1 $\frac{2}{5}$, illud tn residuu in peccunia no est nisi 1. tantu: duc igitur 1 $\frac{2}{5}$ in 4. fit $\frac{28}{5}$, diuide p 5 $\frac{3}{5}$, exit pcise 1. igitur tm lucratur, p inueniendo quatu p 100. dic si 5 $\frac{3}{5}$ lucratur 1 $\frac{2}{5}$, quid lucrabitur 100. vel si 4. lucratur 1. qd lucrabitur 100. & vtroq; modo redit idem quod est 25.

Quintu cu dixerit qda dedit lana valoris 4. p 5. velle dare pannu valoris 7. ita vt lucrarer $\frac{1}{7}$ de capitali, ia ego exposui q si comutatio sit fienda æqualiter 7. ponet 8 $\frac{3}{4}$, tu autem vis $\frac{1}{7}$ lucri in capitali, adde semper illud lucru capitali tuo, & erat 7. fiet 8. dic igit si 4. ponitur 5, quantum ponetur 8. & exibunt 10. dic

4 Pro	5	
7	$\frac{1}{7}$	8
4.	5.	8
		8
		5
		40
		4
		10

igitur quod si tu posueris 7. pro 10. lucraberis precise $\frac{1}{7}$ tuorum & regula est pulcra.
Cuius verificatio est ex experimēto pone.n. ꝙ dederit 21. cum 7. ponat᷑ 10. ponetur 30. ille igitur dabit 30. apreciatum & quia ponit 4. valere 5. dabit 24. igitur ille dedit 21. in valore peccunie: & recepit 24. & ita recepit 3. quod fuit septima pars capitalis, sui & transmutatio fuit æquata in 30. quare &cæ.

6 Ex hoc habet᷑ valor & lucrū ꝓ centum sit in exemplo ꝙ ille det 4. ꝓ 5. ego volo lucrari 15. ꝓ 100. & habeo lanā valoris 7. vel pannum dico si 100. dat 15. qd dabit 7 dabit 1 $\frac{1}{20}$ adde hoc ꝑ qntā ad 7. fiet 8 $\frac{1}{20}$, dic si 4. ponit᷑ 5. quātū ponam 8 $\frac{1}{20}$: & fiet 10 $\frac{1}{16}$. & tantum ponam 7. valere dabo igitur pannum valoris 7. pro 10 $\frac{1}{16}$ & recipiam quod valet 4. pro 5. & vltra lucrabor 15. pro 100.

7 Et cū dixerit qdā dabo lanā valoris 4. ꝓ 5. & volo quātā partē ꝑtii in peccunia numerata, q̄rit᷑ quātū debeo ei ponere, pānū valoris 7. debes scire ꝙ illud ꝙ ꝓsoluis in peccunia emis cū igit᷑ das qntā partē pretii apretiati, illud totū debet detrai ex capitali illius, cum igit᷑ $\frac{1}{5}$ de pretio appreciato ꝙ est 5. fit 1. detrao 1. ex capitali fit 3. nā erat 4. dat igit᷑ in cōmutatione 3. & nō 4. nā illud 1. vēdit, & qa ponit 4. valere 5. & recipit 1. igit᷑ remanet creditor de 4. cū dederit. 3. regula ē igit᷑ diuide pretium apretiatū ꝙ est 5. ꝑ partē quā vult in peccunia & ē $\frac{1}{5}$ & exit 1. hoc detrae a ꝑtio capitalis, & apretiati, & fit 4. & 3. dic igit᷑ si 3. fit vel ponitur 4. qd ponetur 7. & fiet vt debeat poni 9 $\frac{1}{3}$, dabis igit᷑ $\frac{1}{5}$ in peccunia numerata, & ꝓ residuo tm̄ de lana vel panno in valore 9 $\frac{1}{3}$, q̄ valebant in peccūia numerata 7. tm̄ ꝙ cōpleas sūmā q̄ accepisti.

8 Quod si dixerit e cōuerso volo a te q ponis 4. valere 5. habere $\frac{1}{5}$ in peccunia numerata, & residuum volo dare ꝙ valet 7. vellē scire quātū debeo augere pretiū, tunc

tu scis ꝙ ille q dabit $\frac{1}{5}$ in peccunia emet $\frac{1}{5}$ de tuo capitali, & dabit $\frac{1}{4}$ de suo residuo per dicta in capitulo quadragesimosecũdo si igit̃ dicat dabo $\frac{1}{5}$ totius ꝙ accepo, tm̃ ẽ quãtũ si diceret dabo $\frac{1}{4}$ totius lane in peccunia tũc igit̃ ecõuerso fatias cape $\frac{1}{4}$ de 5. & adde ad 4. & ad 5 fiunt 5 $\frac{1}{4}$ & 6 $\frac{1}{4}$ dic igit̃ si 5 $\frac{1}{4}$ fit 6 $\frac{1}{4}$, qd fiet 7. & fiet 8 $\frac{1}{3}$, & tm̃ debet ponere ꝙ valet 7. accipiendo ab illo $\frac{1}{5}$ in peccunia totius summe. nota igitur ꝙ qui recipit peccunias detraere debet vt in septima regula a capitali partẽ illam, qui vero dat addere capitali vt in hac regula.

9 Quod si dicat peccuniam & non partem puta aureos 20. vide aureos 20. quota pars sint de tota summa deinde operare per illam partem.

10 Quod si ponat vltra hoc certum lucrum, tu scis per quintũ vel sextũ modũ addendi capitali lucrum quod vis: in septima igit̃ regula primo adde lucrũ deinde auferes partem pecuniarũ ex toto: in octaua autẽ regula primo addes partem peccuniarum deinde lucrũ & hoc bene aduerte qa septima & octaua regula sunt cõtrarie.

11 Si igit̃ qs dicat volo pmutare libras 1738. piperis valoris aureorũ 20. ꝓ 100. & volo decimã partẽ in peccunia & lucrari in hac transmutatione 20. pro 100. & ille habet zinziber valoris 13. aureorũ ꝓ 100. & vult ponere 15. in trãsmutatione quærit̃ quãtum debeo apreciare piper tunc primo queres decimã partem residui q̃ pars sit & hoc dẽpta vnitate p octauã & addes nonã partẽ de 15. & est $1\frac{2}{3}$, ad 13. & ad 15. & fient 14 $\frac{2}{3}$, & 16 $\frac{2}{3}$, dices igitur si 14 $\frac{2}{3}$ fit 16 $\frac{2}{3}$, qd fiet 20. duc 20. in 16 $\frac{2}{3}$, & fiũt $\frac{1000}{3}$ diuidenda p $\frac{44}{3}$, exeũt 22 $\frac{8}{11}$, post dic p sextã si 100. dat 20 quid erit 20. & erit 24. habes igitur ꝙ piper debet poni 22 $\frac{8}{11}$, vt habeas decimã partẽ in peccunia, & debet poni 24. vt lucreris 20. ꝓ 100. vt igitur habeas vtrũq; dices si 20. ponitur 22 $\frac{8}{11}$. qd ponemus 24. p decimã re-

gulã,& ꝑ quintã & ponemus 20. valere 27 $\frac{2}{11}$,deinde dices 1738. libre piperis valẽt mihi 20. aureis ꝓ 100. igitur valẽt 347 $\frac{3}{5}$, si igit̃ 20. valet 27 $\frac{3}{11}$, qd valebũt 347 $\frac{3}{5}$, & valebũt 474, ꝑcise aureos, cape decimã partẽ & est 47 $\frac{2}{5}$, Et hoc habebit in peccunia, residuũ erit 426 $\frac{3}{5}$, qa igitur ille dabit zinziber ꝓ 15. aureis ꝓ 100. diuide 426 $\frac{3}{5}$ ꝑ 15. exeũt 28 $\frac{11}{25}$, igitur duc in 100. habebit libras zinziberis 2844. ꝑcise, & aureos 47 $\frac{2}{5}$, & lucrabitur 20. ꝓ cẽtũ cuius ꝓbatio est facilis nã clarũ est ꝙ totius summe habuit decimã partẽ in peccunia, & de reliqs conditionibus restat solũ demonstrare ꝙ lucretur 20. ꝓ 100. & est quinta pars capitalis sui, fuit capitale suũ 347 $\frac{3}{5}$, eius quinta pars est 69 $\frac{13}{25}$, addita ad 347 $\frac{3}{5}$, fient 417 $\frac{3}{25}$: si igitur ꝓbauero ipsum recepisse tñ ꝓ peccunia numerata cõstat ꝓpositũ, accepit autẽ zinziberis libras 2844. que valebant aureis 13. pro 100. igitur valuit zinziber 369 $\frac{18}{25}$, aureorum, Et dedit in peccunia numerata 47 $\frac{2}{5}$, iunge fiũt ꝑcise aurei 417 $\frac{3}{25}$. ꝙ fuit ꝓbãdũ. nec amplius expectes tã ꝓlixa exempla cũ hoc sit extra ꝓpositũ nostrũ.

12 Est cũ quis dixerit accepi ꝙ valuit 6. ꝓ 7. & sub termino solutionis mensiũ 4. volo dare ꝙ valet 8. ꝓ 9. quantũ tẽporis expectare possum, scias ꝙ ꝓpositio hec vel intelligitur absolute & tunc dicimus si $\frac{1}{6}$ nã hoc est lucrũ dantis 6. ꝓ 7. fit ex 4. videlicet mẽsibus, ex quo fiet $\frac{1}{8}$, nã hoc est lucrũ dantis 8. ꝓ 9. duc $\frac{1}{8}$ in 4. fit $\frac{1}{2}$, diuide ꝑ $\frac{1}{8}$ & exit 3. Et ita tribus mensibus deberet expectare & hec regula notabilis ẽ dico tñ ꝙ in transmutationibus locus hic nõ plene satisfacit qm̃ nõ æquabunt̃ ex hoc partes, nã ille q dat 6. ꝓ 7. si daret 54. daret ꝓ 63. & ille q dat 8. ꝓ 9. dando 56. dabit ꝓ 63. manifestũ est autem ꝙ quãtũ ad ꝑtia posita trãsmutatio est æqualis, capitaliũ autẽ differẽtia est: ille igitur q dat 56. ꝑdit 2. de 56. in vno mense, igitur ꝑderet in vno anno 24. de 56. Et ita

ꝑderet 42 $\frac{6}{7}$, ꝓ 100. & ita eſſet iactura magna, dico igi-
tur ꝙ volēdo facere tranſmutationē æqualem nihil de
beret expectare, & adhuc ꝑderet quātū autē, ſic digno
ſcitur, dic primo 6. in menſibus 4. quātū creſcet dando
5. ꝓ 100. creſcet ꝑ vigeſimā ſui in anno, igitur in menſi
bus 4. ꝑ ſexageſimam igitur 6. fiet 6 $\frac{1}{10}$, dic igitur ſi 8. fit
9. qd fiet 6 $\frac{1}{10}$ fiet 6 $\frac{69}{80}$, igitur cū fiat 7. lucrabitur $\frac{11}{51}$, dic
igitur per quartam ſi 6 $\frac{69}{80}$, lucratur $\frac{11}{80}$, quid lucrabitur 6
$\frac{1}{10}$, & inuenies, quod lucratur $\frac{671}{5490}$. pro quo nota hanc
regulam diuidendi fractum.

Cū denominator diuiſoris numerauerit denominato-
rē ꝓdeuntis duc exiēs in numeratorem diuiſoris & hic
erit denominator diuidēdi, cuius numerator eſt nume
rator diuidendi, & ē cōuerſa regule in fine capituli quin
quageſimiquarti vt in exēplo, ductis $\frac{11}{80}$ in 6 $\frac{1}{10}$ fiunt $\frac{671}{800}$
diuidēdū ꝑ 6 $\frac{69}{80}$, ꝙ ē dicere $\frac{549}{80}$, igitur diuide $\frac{671}{800}$ ꝑ $\frac{549}{80}$
diuide 800. ꝑ 80. exit 10. duc in 549. fiunt 5490. & ſuper
ipſum pone 671. fiet $\frac{671}{5490}$. & tm̃ lucrabitur ille qui dat 6
ꝑ 7. etiā vltra ꝓpriū ꝓuentum expectationis mēſiū 4.

13 Et ex hoc habebimus ſcientiam veri lucri in tranſmuta
tionibus tēporalibus, & ſit exēplū quidā dedit ꝙ valuit
5. ꝑ 6. expectaturus infra mēſes 6. vt recipet ꝙ valet 6.
pro 7. queritur quātum lucratur pro 100. in anno, & eſt
caſus pulcher & adueniens, & ſolutio eſt facilis opera-
beris conuerſo modo dicendo ſi 7. venit ex 6. ex quo
veniet 6. & fiet ex 5 $\frac{1}{7}$. igitur cum prodeat ex 5. tantum
lucratur $\frac{1}{7}$, ex 5. in 6. menſibus quare 5 $\frac{5}{7}$ pro 100.

14 Quod ſi qs dicat dedit ꝙ valuit 4 $\frac{1}{2}$ ꝓ 6. expectando
menſes 8. & recepit ꝙ apretiatū fuit 15. cū expectatiōe
menſiū decem. Queritur ſecūdū primum modū dātis
ad tēpus ſuppoſita æqualitate trāſmutationū quātum
valuit illud ꝙ poſitū eſt 15. dic igitur 6. ad 4 $\frac{1}{2}$ lucratur $\frac{1}{3}$
in 8. mēſibus, igitur ſi 8. mēſes dant $\frac{1}{3}$, qd dabunt 10. mē

ses & erit $\frac{5}{12}$, ille igit q dat ꝑ 15. lucratur $\frac{5}{12}$ capitalis sui igitur ꝑ trigesimā regulā quadragesimisecūdi capituli 17. fit ex 12 dic igitur si 17. fit ex 12. ex quo fiet 15. duc 15. in 12. fit 180. diuide per 17. exit 10 $\frac{10}{17}$, & tantum vale bat quod posuit 15. & posui exemplum Fratris Luce vt intelligeres facilitatē & certitudinē operandi nostram.

15 Et ex decimatertia postquā operatus fueris ꝑ septimaꝫ & octauā cognosces accepta parte transmutationis in peccunia numerata, & dato vel accepto termino totius aut residui, quātū lucrum fiet ꝑ 100. in anno, & reliqua cōponēdo casus innumerabiles, sed caue ne te decipiat sensus duplex duodecime regule propterea si que rēs tentat solue vt vis, vtraqꝫ. n. sustentabilis est, si vero amice querit, distingue ambiguitatē, & vide in quo sensu velit, si autem ad opus venire desiderat, cōsulet secūdo mō, nā in primo accipiēdo fit iactura, dando vsura.

16 Et ex his scire oportet ꝙ si qs dicat dedi ꝙ valebat 5. ꝑ 9. & accepi ꝙ valebat 7. ꝑ 9. certum est ꝙ in capitali primus lucratur $\frac{2}{5}$, & secundus perdit $\frac{2}{7}$, sui capitalis queritur igitur quātum plus addidit primus in capitali secundo, tunc solutio facilis est duc capitalia inuicem veluti 7. in 5. fiunt 35. & pone ꝑ denominatore, deinde iūge ea vt pote 5. & 7. faciunt 12, duc in differētiam vnius ab altero fiunt 24. igitur dicemus ꝙ primus melius reddidit suū capitale quā secūdus in $\frac{24}{35}$. circa q̄ nota quod tm̄ vnus lucrat' in capitali, quātū alius ꝑdit, & illud est semꝑ differētia comunis dātis & accipiētis, veluti dās 7. & recipiēs 5. ꝑdit 2. & illos. 2. lucratur alter, & ita dās 100. & recipiēs 110. lucratur 10. quos alter sotius ꝑdit. Secūdo nota ꝙ amittēs minus ꝑdit data ꝓportione quā ille aquirat, & hoc in vnitate minus patet ex trigesima regula quadragesimisecundi capituli, nam si accipiens 110. & dans 100. lucratur decimam partē sui, vel 10. pro

100. ille q dat 110. & recipit 100. perdit vndecimā partē sui, nā 10. ē vndecima pars 110. & ita pdit $9\frac{1}{11}$ p 100, & similiter q dat 120. & recipit 100. pdit sextā partē suorū, & accipiēs lucrat̄ qntā, & ita pportionaliter plus lucratur aquirēs quam dās pdat, & hoc in vnitate, tertio notandū q̄ aliud est q̄ aquiritur aliud est proportio secūdū quā aquiritur, nā in cōmutatione aquisitū & perditū semper sunt æqualia pportiones autē vnitate differūt, patet ex primo & secūdo notādo vnde si aliquis lucratur 10. p centum in cōmutatione nam in aliis non tenet alter q cōmutat pdit $9\frac{1}{11}$, igitur primus addit in capitale $19\frac{1}{11}$, p 100. & hoc ē idē q̄ $\frac{21}{110}$ qui proueniunt ex regula quam docui, nā tantum producitur ex $19\frac{1}{11}$ in 110. quātum ex 21. in 100. & ideo sunt partes secundum $5\frac{5}{21}$, & hoc bene nota.

17 Si igitur qs dicat addidi $19\frac{1}{11}$ plus in capitali meo quā fecerit ille q mecū trāsmutauit tu scis q̄ ex $19\frac{1}{11}$ duas tales efficere oportet partes que ducte p numeros sola vnitate differētes pducāt 100. veluti in exēplo $19\frac{1}{11}$ diuisum facit hoc q̄ ductū in 10. & 11. pducit 100. partes autē erūt 10. & $9\frac{1}{11}$, ex qbus seqtur p dicta quadragesimisecūdi capituli q̄ tales partes erūt pportionales & ita diuidā etiā $36\frac{2}{3}$, h̄ mō in 20. & $16\frac{2}{3}$, nā 20 in 5. pducit 100. & $16\frac{2}{3}$ in 6. pducit 100. & talis est pportio 20. ad $16\frac{2}{3}$, sicut 6. ad 5. dixit igit̄ qdā dedi 4. pro 5. & recepi pportione q̄ valebat 10. & addidi in capitale respectu sotii $83\frac{1}{3}$ p 100. q̄ro quātū posuit q̄ valuit 10. pone igitur q̄ $83\frac{1}{3}$ debet diuidi in duas partes mō supradicto, q̄ ducte in duas alias sola vnitate differētes, pducāt 100. igitur diuiso 100. p duas illas quātitates exibūt partes q̄ simul iūcte fatiūt $83\frac{1}{3}$, sit igit̄ pars vna 1 co. alia exposito erit 1 co. p̄. 1. diuidat̄ 100. exibūt $\frac{100}{1\ co.}$ & $\frac{100}{1\ co.\ piu.\ 1.}$ iūgātur, & fit hoc p modū iūgēdi fractiones ducēdo in

crucē

crucē & totū ponēdo ꝑ numeratore, & ducēdo deno
minatores inuicē & ponet̃ ꝑ denominatore, fiet igitur
coniunctū $\frac{200 \text{ co. piu. } 100}{1 \text{ ce. piu } 1 \text{ co.}}$ & hoc æquatur neccessa-
rio ex dictis in principio huius regule cū 83 $\frac{1}{3}$ reduc ad
integrū deducēdo ambas partes p 1 ce. p̃. 1 co. fiēt 200
co. p̃. 100. æqualia 83 $\frac{1}{3}$ ce. p̃. 83 $\frac{1}{3}$ co. igit̃ deduco 83 $\frac{1}{3}$ co.
ex 200. co. remanēt. 116 $\frac{2}{3}$ co. p̃. 100. æqualia 83 $\frac{1}{3}$ ce. re-
duco ad cēsum vnū fiūt 1 ce. æqualis 1 $\frac{2}{5}$ co. p̃. 1 $\frac{1}{5}$, seque
re æquationē fiet valor rei ℞. $\frac{169}{100}$ p̃. $\frac{7}{10}$, & hoc est ꝑcīte
2. & alia pars ē 1 p̃, igit̃ fuit 3. diuide igit̃ 100. p 2. exit 50
diuide p 3. exit 33 $\frac{1}{3}$, iūcti fatiūt 83 $\frac{1}{3}$, dic igit̃ ꝙ ꝑ 100. rece
pit 150. & ita lucrabat̃ $\frac{1}{2}$, videlicet 50. ꝑ 100. & ille ꝑdide
rat $\frac{1}{3}$ dando 150. ꝑ 100. & tertia pars. 100. ē 33 $\frac{1}{3}$, & ita tm̄
ꝑdidit ꝑ 100. vnde hic addidit in capitale lucrādo res-
pectu illius q perdit 83 $\frac{1}{3}$. mō videndū est quātū lucratur
dando 4. ꝑ 5. & manifestum. ē ex dictis ꝙ tm̄ lucratur
quartā partē & nō dimidiū, oportet igitur ꝙ loco. 5. reci
piat. 6. in capitali ab altero nā sic dando 4. & recipiēdo
6. lucratur dimidiū sui & ita 50. ꝑ 100. & qa ille nō dat
nisi ꝑ cābio 5. igitur ille dabit capitale 6. pro 5. & recipi-
et 4. tm̄ pro. 5. igitur ꝑdet tertiā partē sui capitalis, & qa
dat 10. dices si 6. dat 5. qd dabit 10. & inuenies ꝙ dabit
8 $\frac{1}{3}$, igitur dicemus ꝙ ille dabit 10. ꝑ 8 $\frac{1}{3}$, & ego addā in
capitale 83 $\frac{1}{3}$ pro 100. respectu illius

Ex hoc cognoscitur quātum in mercatura ingeniū &
industria valeat, & quāto difficilior & implicata sit solu
tio talis questionis a Fratre Luca posite, verum minus
arduum est inuentis addere.

18 Libra Mediolanēsis est vntiarū 13. Venetiis. libra vene-
ta ē monpolerii vntiarū 9. libra monpolerii est ianue vn
tiarū 15 $\frac{1}{3}$, q̃ritur libra ianue quot erit vntiarū Mediola
ni, dispone semp sic p ordinē duc oēs inferiores inuicē
fiūt 20736, hoc diuide p ꝑductū superius semp dimittē

12	$\frac{13}{12}$	$\frac{9}{12}$	$\frac{15\frac{1}{3}}{12}$
Med.	Ven.	Mon.	Ian.

do illud ꝙ q̄ris vt pote quot vntiarꝫ Mediolanēsiū sit libra ianuensis, potes autē diuidere primo p̄ 13. deinde p̄ 9. deinde p̄ 15 $\frac{1}{3}$ vel p̄ ꝓductū simul Idē.n.exit ꝓductū igitur fuit 1794. diuido p̄ ipsum 20736. fiūt vntie 11 $\frac{1002}{1794}$ & tot cō tinet libra ianuensis vntiarū Mediolanēsiū, si autē vel les scire cōtrariū videlicet quot vntiarū ianuēsium esset libra Mediolanēsis, tunc dic si 11 $\frac{1002}{1794}$ ꝓducit 12. qd ꝓ ducet 12. duc 12. in 12. fit 144. & hoc diuide p̄ 11 $\frac{1002}{1794}$, & idē ꝓueniet si duxeris oēs terminos superiores diuiden do p̄ vnū minus ex inferioribus veluti diuidēdo 1794. ꝙ fuit ꝓductū triū superiorū p̄ 144. ꝓductū duorum inferiorū vnde exibunt vntie 12 $\frac{11}{24}$ & ita dico idē de cē tenariis, pone numeros diuersitatis semper superius, & centena inferius, & regula est eadē precise & hoc ē val de vtile in trāsmutatiōibus & mercimoniis quare &cæ.

19 Cū volueris scire in trāsmutationibus inæqualibus quāta pars peccunie sit danda, & a quo diuide pretia apretiata, p̄ differentiā inter prætiū verū & apretiatum, in singulis, Et cui aduenit minus illi cōtingit dare peccuniā, deinde diuide ꝓuentū minorē p̄ maiorē, & ꝙ exit est pars danda de mercibus, residuū debet dari in peccunia numerata. Exēplū quidā dedit argētū valoris 4. ꝓ 5. & recepit lanā valoris 6. ꝓ 7. q̄ritur quātapecunia dꝫ sarciri cābiū ħ, & a qūo, clarū ē ꝙ 5. & 7. sunt p̄tia ap̄tiata, differētia 5. ad 4. ē 1. & 7. a 6. est 1. diuido 5. & 7. p̄ suas differētias exeūt iidē videlicet 5. & 7. igitur ille q dat 6. pro 7. debet recipere peccuniā qa 7. est maior quā 5. Ad sciēdū autē quātum diuide minorē prouentū q est 5. p̄ maiorē q est 7. & exe

1	
4. Pro 5.	
1	
6. Pro 7.	
$\frac{5}{1}$	$\frac{7.}{1.}$
5	7.
$\frac{5}{7}$	$\frac{2}{7}$

unt $\frac{5}{7}$. & tantum dabit ille de argẽto, Et reliquũ quod ẽ $\frac{2}{7}$ debet dare in peccunia numerata, & ita cambiũ fiet æquale recipiendo totam lanam pro valore Cambii.

Caput 56. De cambiis.

1 ANtequã veniamus ad cognitionẽ cãbii scire oportet oẽs gẽtes habere duo genera peccuniarũ, fixũ & mobile, peccunia fixa est q̃ ꝓportionẽ ad suas partes nũquã mutat veluti Mediolani, Aureus camere valet semp libras 4. libra solidos 20. solidus nũmos paruos 12. & ita aureus valet solidos 80. & nũmos 960. & venetiis aureus came re valet sp libras 6. solidos 4. & libra valet solidos 20. & solidus nũmos paruos 12. igitur aureus valet solidos 124. & nũmos 1488. & grossos ẽt vocãt $\frac{1}{24}$ aurei vnius, vnde valet solidos. 5. nũmos. 2. ꝙ est dicere nũmos 62. Peccunie autẽ mobiles duplices sunt auree & argẽtee, & he mutãt valorẽ nõ tñ respectu fixarũ, quãtũ etiam respectu suarũ partiũ, veluti aureus valebat solidos primo 85. Mediolani, deinde tñ auctus est vt nunc valeat 120. & similiter venetiis aureus, aliquãdo valuit solidos 124. & nũc valet 140. & etiã ẽ mutatio respectu mobiliũ, nã aureus Mediolani valuit 4. testonos plus solido vno & nũc valet plus solidis 8. nã 4. testones valẽt solidos 112. igit̃ auctũ est p̃tiũ aurei super pretiũ argẽti ꝙ fuit quarta pars aurei, est etiam auctio diuersa in mone tis, nã solidi argẽti non dico fixi, sed est genus monete, nũc valet 12. nũmos sicut prius valebat, & tñ testones sunt aucti a 21. solidis quos valebãt argẽteis ad 28. solidos argẽteos quos nunc valẽt, & ita aucti sunt tertia parte & tñ solidi nihil, vnde ea rõne solidus deberet va lere nũmos 16. & nõ valet nisi 12. Moneta igitur aurea Mediolani multorũ ẽ modorũ & diuersi pretii ꝑ nũc supponamus eũ valere libras 6. Mediolanẽses & testo

nes asses siue solidos 28. & Floreni solidos 84. & Moze nighi solidos 20. modo Venetiis aurei valent libras 7. Floreni solidos 96. Mozenighi solidos 20. hec suffitiant pro exemplis cõmutandarum monetarum.

2 Aduerte secũdo ꝙ cãbia monetarũ dupliciter cõsiderant̃ penes ꝓportionẽ excessus de qua inferius dicã, & penes æqualitatẽ verã quã dico consistere in auro sub æquali bonitate & põdere: vnde dico ꝙ aurei 100. Mediolani, sunt iidẽ etiã Venetiis, & Lugduni, ꝑ tres causas prima ẽ facilitas defferẽdi de vno loco ad aliũ cum modico labore, impensa: periculo, & timore corruptionis, vnde dato ꝙ minus valerẽt Venetiis quã Mediolani possent defferri modica iactura. secũda cã ẽ qa licet minus valeat in vno loco quã alio, etiã relique monete minus valẽt & merces, nã æstimatio auri secũdum comunẽ cursum reliqua omnia ꝓportionaliter secũ trahit: tertio qa si velles æqualitatẽ reducere ad aliud monete genus aut ad fixã & tũc ꝑ valoris in vna regione variationẽ in mobilibus, aliquãdo ꝑuenires ad iacturã vel lucrum tertie partis, nõ est igitur melior æqualitas quam cõmutatio in diuersis locis auri eiusdẽ bonitatis & ponderis, qui autem aliter sentiunt grauiter errant.

3 Ex hoc trahitur ꝓportio monete fixe vnius loci ad monetã fixã alterius, veluti aureus valet Venetiis libras 7. Mediolani. 6. igit̃ cũ ꝓportio 7. ad 6. sit sexquisexta, erit libra Mediolanẽsis sexquisexta venete, & ita valebit solidos $23\frac{1}{3}$ venetos, & assis Mediolanẽsis valebit 14 nũmos venetos, & libra veneta valebit $\frac{6}{7}$ libre Mediolanensis, quod est dicere solidos 17 $\frac{1}{7}$, & ita ex auro poteris reliqua ad proportionem reducere.

4 Et nota duo primũ ꝙ oẽs fere cõtractus fiũt in genere monete fixe, veluti promitto 100. aureos Mediolani. intelligunt̃ libre 400, & nõ 600, & ita venetiis 620. & nõ

700. nota secundo quod campsores habēt quedam g e
nera separata monete fixe vt marcas & vntias auri.
5 Ex qbus cōuenit eū q cābiare vult in genere quolibet
cābii scire tria, primū ꝙ talis est ꝓportio libre ad librā, si
cut solidi ad solidū, & nūmi ad nūmū, & hoc vbi libra
cōtineat asses 20. & assis nūmos 12. alterum est ꝙ opor
tet scire valorē cuiuslibet monete tā fixe quā mobilis,
& ꝓportionē inter eas, & æqualitatē que dicta ē in au
ro, & excessum lucri in dando & accipiēdo genera pec
cuniarū, & similiter vsum ꝓpriū cāpsorū in suis mone
tis fixis, de tali autē lucro dicemus inferius. tertio ꝙ si-
cut per monetā fixā fiūt cābia vēditiones & pacta, ita
oēs solutiones fiūt cū moneta mobili nō fixa, nā mone
ta fixa ē res tm̄ ymaginaria, & solutio in peccunia fixa
intelligit᷑ altero 4. modorū vel dare tm̄ de moneta fixa
loci cōtractus in moneta ꝫm valorē loci cōtractus, ve
luti Mediolani accipio libras 100. redditurus lugduni
libras 100, Mediolanenses in peccunia, sub valore quo
Mediolani valet & hoc cōtingit raro. secūdus modus
ē accipio libras 100. Mediolani daturus venetiis libras
centum Mediolanēses cursu monete Venetiis, & hoc
rarissime aut nunquā cōtingit. tertius modus ē accipio
libras 100. Mediolani daturus libras 116 $\frac{2}{3}$ venetas ex
moneta currēte Mediolani, & hoc nūquā credo cōtin
git. quartus modus est accipio libras centū Mediolani
daturus Venetiis libras 116 $\frac{2}{3}$ ex moneta veneta & hoc
accidit quandoq;.
6 Frequētius autē cōtingit vt inter distātia loca cōmuta-
tio fiat in peccunia mobili, & hoc duobus modis pri-
mus accipio aureos 100. Mediolani totidē vel eius va-
lorē nunc redditurus Venetiis in peccunia veneta, secū
dus est accipio aureos cētū totidē redditurus Venetii
sub valore tēpore illo Venetiis in peccunia veneta, sun

etiã modl aliirari vt pote ꝙ accipio aureos cẽtũ Me-
diolani redditurus valorẽ Venetiis,quẽ nũc valent in
peccunia Mediolanensi,quartus accipio aureos 100.
Mediolani redditurus totidem aut eorũ valorem tunc
Venetiis in peccunia Mediolanensi.

7 Cũ volueris scire cõmutationem inter duo loca habes
eã ex dicendis,inter tria autẽ & 4.& plura ex duobus
cognoscet̃ ac ex duobus.vt pote sit cãbiũ inter Medio
lanũ lugdunũ & Brugis,iã doctus es rõnẽ Mediolani
& Lugduni,deinde Lugduni & Brugis, vnde sciemus
etiã cõmutationem Mediolani & Brugis,& vniuersali
ter cũ sciuntur quelibet duo scit̃ etiã cõpositio ex illis,
reducendo vt pote monetã Mediolanensem & Brugis
ad Lugdunensem,tanquã comunẽ & hoc bene nota.

8 Et nota regulã generalẽ ꝙ in omnibus cãbiis & trans-
mutationibus,tantũ vnus perdit quãtũ alius aquirit,&
ecõtra,vnde si ego aquiro decẽ alius, ꝑdit 10:& ita co
gnito lucro vnius cognoscit̃ dãnũ alterius,& ideo vna
regula sufficit ꝓ lucro & dãno:memẽto tñ ꝙ si vnus
aquirit 20.pro 100.alius perdit 16 $\frac{2}{3}$ pro 100, vnde si vis
scire vnũ ꝑ aliud dicas 120.dat 100.qd dabit 100.& ha
bebis 83 $\frac{1}{3}$,& ita econtra si 83 $\frac{1}{3}$ dat 100.quid dabit 100.
& dabit 120.igitur tam in substantia quam in propor-
tione,cognito lucro cognoscitur dãnum & econtra.

9 Cãbiũ igit̃ quadruplex est minutũ reale siccũ & fictũ.
Cãbiũ minutũ est,transmutatio diuersarũ peccuniarũ
in vno loco eodẽ,veluti si vadã ad trapezitã & defferã
aureos,& recipiã mocenighos pro valore aureorũ, &
circa hoc cõsuetũ est dare ipsi campsori.1.pro 100. vel
vnũ solidũ ꝓ aureo,& si summa sit magna,dant vt plu
rimũ minus vt 1.ꝓ 200.& talis vtilitas est licita, si autẽ
quis defferat adulterinam aut mancam monetam ad
incidendum,tunc nõ est amplius cãbium sed venditio.

10 Cābiū reale ē acceptio peccunie in vno loco pro data in altero loco, & qm̄ est ad comunē vtilitatē & neccessariū ad mercaturā, igit̄ est licitum, omne. n. neccessarium est licitū, vnde etiam militia est licita: & hoc vbi rite exerceatur & absq; dolo & concussione.

11 Et ponamus ꝙ ego indigeā peccuniis Lugduni, & habeā eas Mediolani: numerabo ipsas Mediolani campsori vel mercatori & ego vocor tunc dator vel cābiator, & recipiēs vocat̄ principalis, qa ē principaliter debitor, & talis scribit litteras ad amicum suū Lugduni, quas dat mihi vt ego mittā eas Lugduni ad amicū meum, q mediātibus literis eā peccuniarū summā ab amico principalis exigat, vnde in tali cābio reqrūtur quattuor psone, videlicet dator, & amicus datoris, & principalis, & amicus principalis, vel saltē tres & hoc vbi egomet reciperem litteras, & irē Lugdunum ad exigēdum peccunias ab amico principalis tunc non vterer amico aliquo & ideo essemus tantum tres.

12 Et circa hoc cōsiderādū ē ꝙ cābiator incurrit tria pericula vt pote ego q do peccunias, ne vel principalis me decipiat cui dant̄ secundū ne amicus principalis nolit eas exbursare, tertiū ne amicus mei datoris aut nō restituat mihi, aut remitat peccunias in qua remissione cadunt pericula. Circa secūdū horū nota ꝙ multotiēs cōtingit amicū principalis nolle peccunias vel non posse restituere amico datoris, & tūc amicus datoris remitit datori tria, videlicet litteras cābii, & protestationē petite peccunie & negate ab amico principalis, & valorem peccuniarum in loco in quo debuit fieri restitutio, circa ꝙ nota ꝙ fere semper restitutio peccuniarū fit ſm valorē loci in quo debet fieri restitutio, & nō loci in quo prius fuerāt exbursate, ꝙ si amicus principalis neget dare peccunias, tūc amicus principalis remitit tria dicta, qui-

bus mediātibus dator exigit peccunias quas principali dederat ab ipso principali sub forma valoris nō loci in quo sunt, sed vbi fiēda erat restitutio, veluti dedi marchā auri valoris aureorū 65. Mediolani, alicui mercatori reddēdā amico meo Lugduni, & ibi valebat tunc in tēpore restitutionis marcha auri aureos. 68. in cambio, tenetur principalis vbi ille nō reddiderit amico Lugduni aureos 68. reddere mihi Mediolani aureos 68. & ita tres plusquam a me receperit.

13 Et circa hoc nota ꝙ cōsuetudo reddēdi peccunias puta aureos. 68. pro marcha auri Lugduni, ē dimidium in tot aureis & dimidium in moneta argentea, & hoc est secundū plurimū, nā diuersorū locorum diuersi mores.

14 Circa tertiū nota ꝙ secundū plurimū cū ego dederim Mediolani. 65. aureos alicui mercatori petenti a me, vt reddat eos postmodū Lugduni, si reddiderit per litteras cābii tunc ego habebo aureos 65. Lugduni vel parum plus quos oporteret habere Mediolani, & ideo oportet me ingeniari in traducendo dictas peccunias Mediolanū, vel ꝑ aliud recābiū dādo eas Lugduni alicui q̄ det litteras soluendi eas ꝑ amicū Mediolani, & hoc est optimū si cōtingat, secundus modus est vt trāsmitātur peccunie actualiter Mediolanū & hic est cum periculo. tertius est vt emantur merces his peccuniis & trāsmitantur Mediolanum & ideo est comune adagiuꝫ cum tracta semper est remissio.

15 Forma autē taliū litterarū breuis ē admodū continens intus tempus, diem, nomen cābiatoris & amici cambiatoris & nomen principalis, locū in quo fit cambium, & causam, extra autem locum vbi debet fieri restitutio: & nomen amici principalis, cui litere diriguntur.

Quod si per primas nō soluunt replicant alias eiusmodi

sensus, & per eadem verba fere nisi quod adiiciunt si per primas vel per alias non soluistis p has soluetis &c.

Exemplum litterarum cambii.

1537. Die 10. Decembris Mediolani.

Soluetis per has primas Antonio de Raude vntias viginti auri Lugdunensis in proximis nundinis pro totidem receptis hic a Dño Francisco de Olgiate & ponetis ad computum nostrum deus a malo vos custodiat.

¶ Vester Ludouicus de Castello, Mediolani.

Extra autem obsignata Epistola sigillo, ita vt infra posui scribitur.

Domino Alphonso de Taurellis & sotiis Lugduni.

Ex hoc patet quod talis cambii finis proprie est trãsmutatio peccunie de loco ad locum.

16 Sunt autẽ cãbiatores vt plurimũ ipsi cãpsores: aliquando autẽ ẽ ecõuerso videlicet ꝙ cãbiatores sunt mercatores, & principales cãpsores, ita ꝙ trapezite aliquando a mercatoribus accipiũt peccunias, alio loco restituendas, sunt igit᷑ duo modi & vnusquisq; diuersificat᷑ dupliciter, vel .n. dans peccunias indiget cãbio, vel recipiens peccunias indiget cãbio. sunt etiam alii duo modi nõ ita ordinarii qñ aliq s q nõ est mercator sed nobilis accipit peccunias existens extra patriã reddendas per suos amico campsoris in patria vel cũ antequam discedat e patria dat peccunias campsori restituendas in loco ad quẽ vult peregrinari, sunt igitur modi .6. vt infra.

Campsor dat Mercatori petenti vt reddat Lugduni Mercator amico campsoris.

Campsor dat Mercatori sponte ut reddat Lugduni Mercator amico campsoris.

Campsor dat nobili petenti ut redat Lugduni nobilis amico campsoris.

Campsor recipit a Mercatore offerente ut redat Lu-

226
130

gduni campsor amico mercatoris.
Campsor recipit a Mercatore requisito ut redat Lugduni campsor amico mercatoris.
Campsor recipit a nobili offerente ut redat Lugduni campsor ipsi nobili peccunias.
His uisis cõditio fit melior aut deterior qnq; causis.i.q unus coget soluere 12.p 100.alius tñ duo,alius nihil, alius lucrabit 2.uel tria p 100.dico de recipiẽte peccunias nã ille q dat rõnabiliter debet semp lucrari, eo q exponit periculo suas peccunias,& ẽt priuat se facultate utendi eis,& mille occasionibus in quibus posset habendo suas peccunias lucrari,conditiones sunt hc.
17 Prima est psona nã cãpsor qa pprie ẽ ad hoc officium plus vult a mercatore,quam mercator a campsore,& mercator etiam plus a nobili,quam nobilis a mercatore,nam nobilis est valde remotus ab hoc offitio.
Secũda ẽ qrentis cãbiũ nã licet etiã q exbursaret peccunias tñ qa qrit cãbiũ in ppriam vtilitatẽ deterior fit cõditio qrẽtis quã eius a quo reqritur.tertia cõditio est mora tẽporis quãto plus.n.vult vti peccuniis tãto plus exigit vtilitatis cãbiator,a principali quarta cõditio ẽ acceptio peccunie in loco vbi ẽ penuria vel habundantia & similiter redditus,nã cãbiator plus vult si det peccunias in loco vbi maior sit inopia peccuniarũ,quã in loco vbi debẽt restitui,q si in loco vbi dat sit habũdãtia, & in loco vbi recepturus est sit penuria peccuniarum, tũc libẽter dat & cum omni modica vtilitate. Quinta causa est accidentalis vt pote quod in tempore bellorũ magis timẽt credere suas peccunias,& etiã ex cõditione recipiẽtis q sit pauper,aut infidus,aut contumax solutor,aut sit psona nimis potẽs,fit etiam causalis auctio de qua nũc dicã & fit etiã ex eleuatione peccunie vel desensione in loco in quo debet recipi,de qua for-

mabo casum. omnibus igit' his causis grauatur vtilitas dātis, aut leuis fit, vt quādoq; pluribus cōcurrētibus ille q recipit lucret' etiā vtilitatē a datore, & vidi vsq; ad 10 p 100. & hoc maxime cōtingit in nobilibus, qui volunt peregrinari & volūt recipere suas peccunias cū sunt in loco ad quē vadūt, ita q cāpsor recipiēs non pōt habere vtilitatē de peccuniis pp paruā morā, & etiā quādoq; non habet quod faciat ex eis, vnde videns illius necessitatem si debet recipere peccunias vult solum restituere 90. aureos pro centum receptis, & ita nobilis ille perdit 10. pro centum.

18 Circa q̄ nota duo primū q casualiter cābia augentur hoc mō cōgregant' in nūdinis mercatores descripti, & imponūt quātitatē cōuenietē vtilitatis diuersam respectu diuersorū locorū, veluti q marca auri pro Mediolano valeat siue soluat' scutis 68. & p Brugis 62. & ita statuūt in comune cōmodū p̄tia cābiis, & ideo talis auctio ē fortuita, qñq; maior & quādoq; minor, secundū q mercatores & solertes cāpsores conant' traere peccunias ex locis vbi ē copia earum, & reponere ad loca vbi ē inopia, & hoc diuersis ingeniis & quādoq; actuali peccuniarū trāsmissiōe, si itinera sint secura, nā in locis vbi ē peccuniarū inopia & plures petunt, & cū maiore dantis vtilitate accipiunt, vnde lucrū dupliciter auget'. Fit etiā aliquādo iactura cambiatori ex permutatione peccuniarū in valore inter tēpus in quo exbursauit peccunias, & tempus in quo recipit amicus suus ab amico principalis, & hoc diuersis modis.

19 Cābiū igit' reale fit 2. modis vel cū vtilitate certa: vel sine ea, cū certa veluti cū vult 3. vel 4. p centū de firmo, vterq; autē istorū modorū fit quattuor modis quorum primus ē vt cābiator det certā summā aureorū sine extimatione, recepturus eandem vel parū plus aut minus

in eadē rōne aureorū, vt pote vntias auri ꝓ vntiis, marcas ꝓ marchis, aureos solis ꝓ aureis solis, & hic modus vt dictū ē ꝓpinquior aliis ē æqualitati, qui tñ nō intelligunt vera aritmetice fundamēta putant se grauiter dānum pati si aureus decrescat, aut lucrari si crescat scđs est cū sine certo lucro estimāt aurū sub minori æstimatione cābii, quam possit esse & volunt recipere sub æstimatione cābii currēte, exēplū marcha auri valet aureos 65. in pondere, nec minus valere pōt, dāt igiť 65. aureos recepturi marcā auri in nundinis proximis valore quo æstimabiť ī cābiis, tūc aūt valebit ī cābio idest volēti accipere ad cambiū, aureos 71. & ita cogeť debitor soluere aureos 71. cū acceperit 65. & dicūt ꝙ hoc lucrū ē in certū, nō qdē incertū est lucrū, sed bene quātitas lucri. tertius modus est cū cāpsor dat scutos centū in auro sub ꝑtio magne æstimationis Mediolani, vt pote librarꝫ 570. & nō nominat aureos sed libras, deinde vult Venetis libras totidē Mediolanenses, verū cū in rōne minute monete credať ꝙ 3. libre Mediolanēses sint 4. venete, eo ꝙ solidus Mediolanēsis est 1 $\frac{1}{3}$ solidi veneti, vnde cogeť restituere $\frac{1}{3}$ plus in libris Venetis videlicet libras venetas 760. cūqꝫ scutū valeat solidos 135. habebis scutos 112 $\frac{16}{27}$, vel eorū valorē quo poteris redimere dictos scutos, & ita in paucis mēsibus lucrať 12 $\frac{16}{27}$ pro centū, & nō videť fœnerari. quartus modus est cū cāpsor dat Venetiis valorem, aureorū centū & sunt mocenighi 583 $\frac{1}{3}$, nā aureus vt diximus valet libras 7. & mozenighus solidos 24. & vult Mediolani totidē mozenighos quot valent aurei 100. & sunt 600. & ita ex 583 $\frac{1}{3}$ lucrať 16 $\frac{2}{3}$. hi sunt modi plerumqꝫ vsitati. fiunt & alii plures prout discurrenti patebit, nam per regulas dicendas cognoscentur, verum vt plurimum his modis semper aliquid firme vtilitatis etiam annectunt.

20 Fiũt & in cãbiis doli multi ꝑ quos ignari expillant͛, & inter plurimos paucos recẽſebo ne tam velle docere videar, quã arguere. primus ẽ cũ cãbio incerto in ſecũdo mõ ex dictis, copulãt 2. vel 3. ꝑ centũ, nã vt diximns cãbiũ illud ſemꝑ lucrat͛ perſe, addere aũt lucro firmo certã etiã vtilitatẽ, eſt vſura, & ita in omnibus aliis modis vbi perdere eſt impoſſibile, ſecus in expoſitis iacture vt in primo mõ. ſecũdus eſt cũ vſurã accipiendã auferunt ex capitali, vt pote accipis cãbiũ 100. aureorũ ad 10. ꝑ 100. & ipſi detraũt ex capitali illos decẽ & ita numerãt 90. & volũt recipere 100, quãobrẽ nõ 10. ꝑ 100. ſed $11\frac{1}{9}$ accipiũt, nã 10. eſt nona pars de 90. & ita ſoluis $1\frac{1}{9}$ plus ꝑ 100, quã cõueniſti. tertiũ eſt ꝙ proponunt tp̃s vſq; ad nũdinas unius mẽſis, tanquã ſit triũ, nã cõputũ abſolutum, non ſuper tempus accipiunt. quartus eſt ꝙ pacta in monetis, in aureis ignotis modis ponũt, ꝑ que miſer principalis duplu3 magis ſoluit ſepius quam exiſtimet.

21 Fiũt aũt aliqñ in realibus cãbiis & longe frequẽtius in ſiccis fenora intollerabilia, ut cũ dãt marchã auri & uolũt aureos 75. nã hoc ẽ ſoluere $61\frac{7}{13}$ ꝑ cẽtũ & plus, qa ẽ ad caput 3. menſium & hoc ẽ horribile ciuitatibus, & principes hec tollerare nõ deberẽt, nã hoc ẽ ruina nobiliũ, & ciuiũ, & deus maxima ciuitatibus flagella propter hoc immitit, & roma q̃ gentiũ uictrix fuit, ob magna fenora & Imperiũ ſimul amiſſit & libertatem pollione uendente. & uos O miſeri mortales non recordamini quod nihil prodeſt homini, ſi uniuerſum mundũ lucretur, anime uero ſue detrimẽtũ in inferno patiat͛.

22 Cũ uero aliquis qui nõ ẽ campſor ſpõte dat peccunias cãpſori, ut eas recipiat alibi ab amico campſoris, tũc nihil certũ accipere põt qa eo ꝙ ſpõte dat nõ niſi pp tempus accipit, cũ autẽ ipſe nullas ſubſtineat expenſas pp hoc nõ põt accipere utilitatẽ a campſore quin ſit uſura

226
249

23 Cambiũ siccũ fit precise ut reale in litteris & pactis, uerũ littere nõ defferunt᷑ alio nec amicus principalis qui debet persoluere ẽ aliquis talis ei amicus in ueritate soli tus exbursare unquam peccunias pro eo, sed psona ficta & ideo remanẽt littere apud datorez, usq; ad tẽpus solutionis, tunc autẽ dator cũ ficta protestatione, & litteris, & ualore cambiorũ, tanq̃ misisset litteras repetit peccunias a principali, & ita ibidẽ recipit ubi exbursauerat. est igit᷑ tanquam sit cambiũ reale ꝙ solutionem in alieno loco nõ fuerit sortitũ, & quandoq; fatiunt uenire litteras ab amico datoris in ueritate protestantes.

24 Est autẽ hoc cambiũ cõstitutũ ꝑꝑ tria, ad uitandaz infamiam, periculũ, & paliandam cõsciẽtiaz, nam sic ꝑꝑ cambii nomẽ nõ fœnatores sed campsores appellant᷑, fugiũt legis periculũ usuram intercipiẽtis, & nõ leuem pœnam imponẽtis, atq; inter cetera capitalis nedũ usure amissionẽ, haberent᷑ ẽt infames nec possent confieri hoc autem nomine a religiosis absoluuntur, aut ignaris talium rerum, aut libros non querentibus utruz possint sed quomodo possint absoluere.

25 Quod autẽ cambiũ siccũ sit usura pessima paret 4. rõnibus, prima ẽ ꝙ cessat in eo causa finalis cambii realis fatiẽtis ipsum licitũ, & est translatio peccunie de loco ad locũ, hec autẽ cessat cũ solutio fiat in eodẽ loco in quo etiam peccunie fuerũt accepte. secũda est quia ex tribus periculis cambii realis siccũ uitat duo ultima ꝑꝑ primũ autẽ nõ cõcedit᷑ utilitas q̃a tale periculũ est etiam comune mutuo in quo nõ licet q̃dquam exigere, igit᷑ cambiũ siccũ ẽ usura, hec autẽ pericula cambii realis ordine suo superius diximus. tertia q̃a cuz maiori tẽpe plus exigit, & cũ minore minus sed temporalis exactio usura est ex peccunia. quarta q̃a si fiat scriptura realis ut ꝓcise iacent eorũ cõuentiones, tunc nõ admite

tur repetitio peccunie a lege,sed ꝑ usura habebitur,igi
tur cũ mutatio scripturarũ stante cõuentione eadẽ,nõ
faciat cõtractum magis licitu3 quam prius,imo addat
malum ma lo,patet cambium siccum esse uiridem usu
ram.hoc etiam qdam uocant cambium mortuum.
26 Cambiũ autem fictu3 est deterius sicco in parte,& in
parte nõ,si.n.fiat ad terrorẽ cõtumacis debitoris quo
quomõ licitũ est,si autẽ ut exigat᷑ est pessimũ, fit aute3
hoc mõ cũ in cõtractibus etiam licitis timemus ob de
bitoris cõtumaciã in solutiõe indutias dari, apponunt
pactũ ut ad damnũ debitoris quãtũcũq3 magnũ liceat
creditori eas peccunias ad cambium accipere,quarum
usuram debitor ipse postmodũ persoluere cõuincitur,
tunc igit᷑ exacto termino cõniuẽs creditor cum amico
aliquo campsore,aut mercatore,fingit peccunias ꝑ ea
summa accipere litteras,amicos,tempusq3 constituunt
aliquando quide3 in terrorem sepius in debitoris etia3
iacturam intendentes,unde ut diximue ex fine uel lici
tum,uel illicitũ reddit᷑.forma autem omnium excepto
figmento,est qualis in reali & sicco fieri solet.
27 Quantum autẽ ad casus ponam tm̃ neccessarios nam
stultum est in rebus seriis casus exponere impossibiles
maxime multos.Quidam igit᷑ uoluit litteras cambii a
campsore Mediolani ꝑ aurei s 500.quos exbursauerat
ei ut reciperet eos Venetiis:campsor uoluit.5.ꝑ 100.q̃
rit᷑ ꝑ quanta summa esse debent.adde semper exactio
nem q̃ est 5 .supra id cuius est exactio uidelicet 100. &
fit 105.& dic si 105.dat 100.qd dabunt 500. duc 500.in
100.fit 50000.diuide p 105.exeunt $476\frac{4}{21}$,& tot erunt:
solutionum autem genera duo sunt aut.n.tenemur da
re certam peccuniam ut pote florenos rhenenses & nil
aliud,& tunc nõ est cõsilium iu re omnino neccessaria
aut tenemur dare ualorem & ita reducimus ad libras

loci in quo fit solutio, vel fatiemus solutionē in alio ge-
nere librarū nihil refert, dūmodo pacta sint talia, cum
igitur solutio est fiēda in aliquo genere monete fixe, &
habes duo vel tria genera monete mobilis diuersi va-
loris respectu solutionis, & respectu loci in quo fienda
est solutio, vel a quo peccunie mittant̃, semꝑ vnica sa-
tisfaties regula, q̃ ē due valorē peccunie in genere sol-
uendorū, per 100. & diuide ꝑ valorē in genere retinen-
dorū, & ꝙ exit serua, & ita fac in omnibas deinde cōsi
dera maiorē & talis peccunia q̃ ꝓduxit maiorē danda
est reliqua retinēda, post detrae vnū ab alio, & differen
tiā duc in centū, & diuide ꝑ terminū minorē, ꝙ exit est
lucrū pro centū in capitali, deinde si vis totale lucrum
duc lucrū pro 100. in totū capitale & diuide ꝑ centum.

28 Exēplū aureus valet Mediolani solidos 120. & moze-
nighus solidos 20. Venetiis autē vt dictū ē aureus va-
let solidos de suis 140. & mozenighus 24. & ponamus
ꝙ debeā dare vni libras 300. venetas, & ego sim Vene
tiis vel mediolani nihil refert, tunc q̃rit̃ quali moneta
aureis ne an mozenighis melius sit debitū persoluere,
valor auri in genere soluēdorū est 140. solidi, duc igitur
in 100. fit 14000, diuide ꝑ 120, & est valor aurei in gene
re retinendorū, nā retines ipsum si vis, expenditurus in
valore Mediolanen
si, exeūt igit̃ $116\frac{2}{3}$. &
similiter duco 24. q
est ualor mozenighi
in genere soluēdorū
in 100. fit 2400. diui
do ꝑ 20. & est ualor
in genere retinendo
rū uis .n. retinere ut
expēdas

Primum. Exemplum.

Aurens	120	140	$116\frac{2}{3}$
		100	
Mozenighus	20	24	20

Differentia, $3\frac{1}{3}$

$116\frac{2}{3}$	$3\frac{1}{3}$	100 — $2\frac{6}{7}$
100	$2.\frac{6}{7}$	300 — $7\frac{4}{7}$

expẽdas Mediolani, exeunt 120. igit cũ 120. sit maius $116\frac{2}{3}$, igit p regulã melius ẽ dare mozenighos, quã aureos: & si q̃ras quãtũ detrae $116\frac{2}{3}$ a 120. remanẽt $3\frac{1}{3}$, dico igit & nota bene ꝙ in omnibus $116\frac{2}{3}$ lucraris $3\frac{1}{3}$: dic igit si $116\frac{2}{3}$ lucrat $3\frac{1}{3}$: qd lucrabit 100. & inuenies ꝙ lucrat $2\frac{6}{7}$: p 100. idest ex omnibus 100. libris Venetis lucrat libras $2\frac{6}{7}$ venetas dãdo mozenighos, si autem vis scire qd in libris 300. lucret dic si 100. dat $2\frac{6}{7}$ quid dabit 300. duc $2\frac{6}{7}$ in 300. & diuide per 100. exit $7\frac{4}{7}$.

29 Et ponamus ꝙ valor sit idẽ, sed debitũ sit in libris 300. Mediolanẽsibus, & sim Venetiis tũc valor soluẽdoruz est valor Mediolanẽsis, dispone igit ipsum ante vt supra sed ecõuerso ita vt valor retinendoruz sit post duc igit 120. ĩ 100. fit 12000 diuide p 140. exit $85\frac{5}{7}$ & similiter duc 20. in 100. fit 2000. diuide p 24. exit $83\frac{1}{3}$, igit cũ $85\frac{5}{7}$ excedat $83\frac{1}{3}$ erit melius dare aureos, quã mozenighos detrae minus a maiori remanet differentia $2\frac{8}{21}$ & iõ dic si $83\frac{1}{3}$ dat $2\frac{8}{21}$ qd dabit 100. & dabit $2\frac{6}{7}$, & tm̃ lucrabit videlicet pro omnibus 100. libris Mediolanensibus lucraberis $2\frac{6}{7}$ libras Mediolanenses, & hoc est verum lucrari pro 100. si autem vis pro tota suma duc 300. in $2\frac{6}{7}$, & diuide p 100. exit $7\frac{4}{7}$.

Secundum Exemplum.

Aureus.	40	1120		$85\frac{5}{7}$
			100	
Mozenighus.	24	20		$83\frac{1}{2}$
				$2\frac{8}{21}$

$83\frac{1}{3}$. $2\frac{8}{21}$. 100 — $2\frac{6}{7}$

00, $2.\frac{6}{7}$. 300. $7\frac{4}{7}$

30 Moderni arithmetici in hoc grauiter errãt, cogita mõ nostrorũ cõditionẽ tẽporũ, qm̃ si in rebus tã apertis & in q̃bus fallaciã accidere posse negat aristotiles, ita gra

R

uiter delirāt, qd credis faciāt medici, iurecōsulti, ac alii artifices, qbus in erroribus reclamandi semp angulus aliqs relictus est, nobis autē cū erramus res ipsa obstat, detegit, coarguit amētiā nostrā, sed ne videamur silentio accusare, publicū operādi modū demonstremus. si igit̃ in primo exēplo qd melius & quātū sit explorare velis cōstitue ecōtrario quā feceris in rōne nostra pria, videlicet valorē retinēdū ante, & exbursandū post, veluti in figura & non refert q̄ hic posuerim libras 7. & 6. in prima rōne, 140. & 120. solidos. idē. n. ē potuisses & ibi operari per libras vt hic, & hic p solidos nihil. n. reffert qm̄ precise idē redit, duc igitur in crucem vt vides 7. in 20. & fit 140. & 6, in 24. fit 144. subtrae vnū ab alio remanēt 4. post duc 7. in 24. fit 168. diuide 168. p 4. exit 42. igit̃ lucrat̃ $\frac{1}{42}$ si vis scire quātū p 100. dic si 168. lucrat̃ 4, qd lucrabit̃ 100. & inuenies q̄ lucrabit̃ 2 $\frac{8}{21}$, & nos posueramus q̄ lucrabat̃ 2 $\frac{6}{7}$. p cōuersum in secūdo exēplo situant econuerso, vt vides & ducunt vt prius & fit vt lucret̃ 3 $\frac{1}{3}$ p 100. nos aūt exposuimus q̄ lucratur 2 $\frac{6}{7}$ p 100. igit̃ cā est q̄ ipsi fatiūt lucrari in primo exēplo libras 2 $\frac{8}{21}$ Mediolanēses. ex capitali 100. venetarū & in secūdo exēplo fatiunt lucrari libras 3 $\frac{1}{3}$ venetas. p qbuslibet 100. Mediolanēsibus, hoc autē nō ē lucrū p 100. cū lucrū sit alte-

Tertium Exemplum

Aur.	7	6	144
	X		
Mocen.	24	20	140
	168		
		$\frac{4}{168}$	
168.	4.	100.	— 2 $\frac{8}{21}$

Quartum. Exemplum

Aur.	6	7	140
	X		
Mocen.	20	24	144
	120		$\frac{4}{120}$
120.	4.	100.	3 $\frac{1}{3}$.

rius rōnis a capitali, nā libr a Mediolanēsis vt dictū est maior ē sexta parte libra veneta, ꝙ autē ita sit declaro in secundo exēplo, & est ꝓbatio operationis, si velis sol uere libras 300. Mediolanēses cū aureis 50. psolues, itē cū mocenighis 300. si igit̄ soluas cū mocenighis super sunt aurei 50. q valēt venetiis libras 350. si autē solueris cū aureis supsunt mocenighi 300. q valēt libras 360. igi tur lucraris mō libras 10. vænetas ex 300. Mediolanēsi bus, vel 350. vænetis, mō libre 10. vænete nō sunt de 350 vænetis, vel de 300. Mediolanēsibus, nisi $2\frac{6}{7}$ ꝓ 100. & nō $3\frac{1}{3}$, igit̄ patet erroris manifestatio, hec rō tū inseruit volēti scire quātū lucrat̄ ꝓ 100. de alia moneta respe ctu sue, vt pote cū dicimus ꝙ si aureus hic valeret 84. solidos, & in ꝓuintia grossos 36. & florenus renhēsis hic solidos $62\frac{1}{2}$, & in ꝓuintia grossos 26. tunc vt vides in fi gura, dicemus, lucrū fo re ꝓ omnibus 100. soli dis Mediolanensibus grossum $1\frac{9}{35}$ ꝓuintiale3 nō est tū hoc scire lucrū ꝓprie pro 100. & ita di cas, in reliquis. si autem volueris scire quātū lu cratur aureus vel flore nus aut mozenighus in primo exemplo aut in secundo adde sortē ad 100. & duc ipsam in valorē retinēdorum peccunie retēte, & diuide ꝑ 100. addita sorte, ꝙ exit est lucrū peccunie retēte, veluti ī primo exēplo duc 120. in $2\frac{6}{7}$, fit $\frac{2400}{7}$: diuide ꝑ $102\frac{6}{7}$, exit $3\frac{1}{3}$, & tot solidos medio lanēses lucrat̄ aureus similiter in secūdo duc 24 in $2\frac{6}{7}$ fit $\frac{480}{7}$, diuide ꝑ $102\frac{6}{7}$ exit $\frac{2}{3}$. & ita mocenighus lucratur $\frac{2}{3}$ solidi veneti. in tertio autē & quarto mō, duc lucrum ꝑ valorē soluēdorū peccunie retēte, & diuide ꝑ 100, ꝙ

Quintum Exemplum.

Aur. 84	36	2250
	X	
Flor. $62\frac{1}{2}$	26	2184
5250		66
		5250
5250, 66,	100,	$1\frac{9}{35}$

exit est lucrũ peccunie retẽte veluti in tertio exẽplo du co 140. in 2 $\frac{8}{21}$, fiũt $\frac{7000}{21}$: diuide p 100. exeũt $\frac{70}{21}$: ꝙ ẽ 3 $\frac{1}{3}$ & tm̃ lucrať aureus de solidis mediolanẽsibus, & ita in quarto duc 3 $\frac{1}{3}$ p 20. fiunt 66 $\frac{2}{3}$, diuide per 100. exeunt $\frac{2}{3}$ & ita mocenighus lucratur $\frac{2}{3}$ solidi veneti.

31 Et qm̃ dictũ ẽ ꝙ mutatio monetarũ magnam adducit differẽtiã ponamus ꝙ aliq̃s accepit scutos 53. a cãpsore Mediolani, in tẽpore quo scutũ valebat solidos. 102. dedit autẽ cãpsor sub hoc pretio recepturus totidẽ scutos Lugduni sub valore solidorũ. 101. tẽpore autẽ solutiõis rescripsit amicus cãpsoris qm̃ nõ potuit habere scutos 53, ab amico principalis, & ꝙ si quis velit aureos 53. Lugduni persoluturus Mediolani ꝙ voluũt scutos 61. cogiť aũt principalis soluere scutos 61. Mediolani, eo autem tẽpore scutũ valebat solidos 114. q̃ritur in rõne librarũ quãtũ soluit ꝓ 100. fac hoc mõ duc scutos 53. in solidos 101. fiũt 5353. reduc in libras fiũt 267 libre. 13 solidi, & q̃a vult scutos. 61. & sunt valoris 114. solidoꝝ duc 61. in 114. fiũt 6954. solidi. dic igiť si 5353. fit 6954. quid fiet 100. duc 100. in 6954. fit 695400. diuide p 5353. exit 129 $\frac{4863}{5353}$. lucratur igiť 29 $\frac{4863}{5353}$ ꝓ centũ, & q̃a nõ habuit peccunias iterũ per litteras cãbii conatus ẽ debitũ ꝓtraere, & sic quater in anno replicauit, & diciť comuniter cãbiũ de cambio, q̃riť quãtũ in anno persoluet ꝓ centũ, & ponamus ꝙ fractio illa sit vt est fere $\frac{8}{9}$, dic igiť si 100. ꝓducit 29 $\frac{8}{9}$ q̃d ꝓducet 129 $\frac{8}{9}$, & producet 38 $\frac{41}{50}$, fere adde igitur ad 29 $\frac{8}{9}$, fiũt 68 $\frac{32}{45}$, fere & hoc est lucrũ 6. mensiũ, dic igitur ꝓ aliis sex mensibus si 100. dat 68 $\frac{32}{45}$ q̃d dabit 68 $\frac{32}{45}$ duc in se fit 4721 $\frac{430}{2025}$ diuide p 100. exit 47 $\frac{1}{5}$ fere, cui adiice 68 $\frac{32}{45}$ quos lucrať ꝓ 100. in mẽsibus 6. fit lucrum vltimorũ. 6. mẽsiũ 115 $\frac{41}{45}$, q̃bus adiice 68 $\frac{32}{45}$ primorũ 6. mensiũ, fiũt 184 $\frac{28}{45}$, & tm̃ lucrať pro 100. in anno, si vis scire quãtũ soluet ex aureis 53. receptis, in rõne librarũ, dic si

100.lucrat' 184 $\frac{28}{45}$,qd lucrabit' 5353.& lucrabit' solidos 9882 $\frac{41}{50}$,quare soluet cũ capitali solidos 15235 $\frac{41}{50}$,igit' receptis libris 267.solidis 13.cogit' restituere in vno anno libras 761.solidos 15.& tñ ille nõ ẽ pactus vsurã aliquã nisi solidũ vnũ ꝑ scuto,& hoc est licitũ,reliquũ dicunt esse in fortune potestate,qm̃ si ille solueret Lugduni fere nihil passus esset detrimenti in prima vice, videlicet in primo cãbio,& ex hoc patet etiã ꝙ cãbiũ siccũ ẽ quasi duplex cãbiũ,& in secũdo magis nocet quã in primo qa fingunt ꝙ ille q ẽ accepturus peccuniã Lugduni tãquã ꝓsoluturus Mediolani,eo ꝙ Lugduni tũc ꝑꝑ nũdinas est inopia peccuniarum,quod oportet vt cũ tanto damno recipiat,& hoc est quod dixit bene saluator,ꝙ filii seculi prudentiores sunt filiis lucis.

Et licet ꝑ secula futura & in diuersis regionibus varieẽtur,modi horũ cambiorũ,nil minus hec regula bene intelligenti in sempiternum seruiet,nam non expertus nõ indigebit,experto autem licet modus varietur,cum infinitis subiaceat differentiis ista suffitient.

32 Aurei 4. sunt 5 renhenses.6. renhenses sunt 3 dupli.7 dupli sunt 41 testones,quattuor testones sunt Scutũ.2 Scuti sunt 11,Mozenighi,quærit' 100.Mozenighi quot sunt aurei,dicta fuit regula in transmutationibus Verũ qa casus hic est diuersus declaramus regulam ex hoc fore generalem dispone vt in Figura vides duc 4.in 6.fit 24.duc 24 in 7.fit 168.duc 168.in 4.

4	6	7	4	2	100
5	3	41	1	11	

.24.168.672.1344.134400.

.15.615.615.6765.

$19\frac{391}{451}$

fit 672.duc 672.in 2.fit 1344.duc 1344.in 100.fit 134400 & hic est numerus diuidẽdus post duc 3 in 5.fit 15.duc 15.in 41.fit 615.duc 615.in 1.fit 615.duc 615.in 11.fit 6765. & hic est diuisor,diuide igitur 134400.per 6765. exeunt

19 $\frac{391}{451}$, & tot habebit aureos pro 100. Mozenighis.
Et hec dicta sint de cambiis ob magnã eorũ vtilitatez & iacturam, ac nomen celebre vsumq; frequentem, reliqua autem absolues per capitula superiora ex quibus incerte quæstiones faciliter soluuntur.

¶ Capur 57. de reditibus & recompensationibus.

1 ANtequã ad expositionẽ accedã duo sunt obseruãda, q̃ etiã maxime capitulo sequenti inseruiũt primũ vt cũ reditũ inuestigare volueris operare p vnã librã non solũ ob facilitatẽ verũ ob vnitatis ꝓprietatẽ, cũ. n. fuerint quotlibet numeri aut quãtitates ab vnitate continue ꝓportionales semp secũda erit R. quadrata tertie, & cubica quarte, & R. R. quinte. & R. relata sexte. & R. cubica R. quadrate septime. & R. Relata secũda ipsius octaue. & R. R. R. none. & ideo cognita vnitate, & tota eius operatione, cognoscimus p multiplicationẽ simplicẽ q ꝓuenit ex tali qñtitate, & hec est causa etiã cur in positionibus ponimus 1 co. & nõ plures, secundũ est q semp laborabis in libris & fractionibus nũquã deducẽdo ad solidos nec nũmos, vt qdã arithmetici fatiũt: donec ad finem operationis nõ pueneris, sic. n. tutius ab errore, facilius ac certius, ac breuius operaberis, in qua regula comuniter pratici arithmetici errãt ita vt pueri cũ rõnẽ operationũ nõ intelligãt e ludo relato pede, omniũ q̃ ibi didicerint penitus obliuiscunt', impossibile. n. ẽ arithmeticũ bonũ esse nisi altero triũ modorũ, vel q in ꝑpetua sit operatione sicut sunt magistri, qui licet non vere hãc artem caleant ob quottidianam tamen exercitationez multa scire videntur.
Secũdus modus ẽ vt discat oẽs operationes cum rõne ex theorica, & hoc est rarũ qa reqrit' magister multum eruditus. in tota mathematica, & ingeniũ discipuli ma

ximū,& pſeuerātia diutina cum ipſo Magiſtro,& ideo ſunt rari in hoc nō ſolum diſcipuli ſed etiam magiſtri. Tertius modus ē vt habitis principiis p aliquod cōpendiū quale eſt liber hic doctrinā diligēdo aliqui fiāt pfecti,nā q̄ hucuſq̃ ſcriptū eſt ab aliis nō pōt multū pdeſſe,& ideo ab hoc tempore ante,inuenientur multi preclari arithmetici ſi multi fuerint ſtudioſi.

Sūt igi t̃ duo hic inqrendā,primū qd ſit redditus & ē auctio debiti ad creditorē,ex re poſſeſſa,veluti tu poſſides aureos centū ex meis,aut domum,aut villā,teneris reddere vltra aureos 100.domū,aut villā,ſingulis annis aliqd puta aureos 10.recōpenſatio autē eſt eius cōtrariū,vt pote poſſides aureos 100.ex meis, ea conditione vt decedant ſingulis annis aurei 10.ita q̄ in annis 10.nihil reſtituere tenearis,eſt autē qlibet horū duplex ſimplex,& ad caput anni,dicit̃ autē ſimplex qñ redditus nō cōiungit̃ capitali,ita q̄ ſemp capitale remanet idē & redditus remanet idē ſingulis annis , verum coaceruat̃,exēplū dedi tibi aureos 100.vt ſoluas ſimpliciter 10.aureos ſingulis annis,ponamus q̄ nō currat ſolutio intra quinquenium,tunc nō ſolues tñ niſi 10.aureos ſingulis annis,& in qnquenio debebis aureos 50.

Redditus āt ad caput anni ē vt reditus primi anni adiiciat̃ capitali,& ex toto accipias redditū ſecundi anni, ſub eadē portiōe,& ita adiicias redditū. ſecūdi anni capitali,& totū fiet capitale p tertio anno & ita de ſingulis exēplū.dedi tibi 100 libras ad caput anni, ad 10.pro 100.igitur dices q dat 10.p 100.facit redditū eſſe $\frac{1}{10}$ capitalis p anno.igit̃ primo ad 100.adde $\frac{1}{10}$,fiūt libre 110 qbus p ſecūdo anno adde $\frac{1}{10}$ capitalis fiūt 121.quibus adde p tertio anno $\frac{1}{10}$ totius agregati & fit 133 $\frac{1}{10}$,& ita p quarto anno adde $\frac{1}{10}$ partem fient 146 $\frac{41}{100}$, & ita vides quod redditus iūgitur capitali, & q̄ plus creſcit

census quam in simplici redditu fit etiam hic redditus ad caput mensium eodem modo, sicut ad caput anni.

3 Recõpensatio autẽ fit cũ ille q dat pecunias vtit̃ re aliqua debitoris, vt pote domo illius aut psona, secundo cũ creditor exigit peccunias ante tẽpus, veluti in primo exẽplo do 100. aureos recõpensandos ad 10. p 100. in quolibet anno, ex domo tua quã possideo, & fiẽt vt dicemus anno primo aurei 90 $\frac{10}{11}$. Exẽplũ secũdi debeas mihi aureos 300. in capite anni, venio & dico si dederis nũc recõpensabo 10. p 100. & est dicere dabis mihi tantũ, q si acciperes a me p vno anno ad 10. p 100. solueres capitale, tũc igitur dabis aureos 272 $\frac{8}{11}$, & hoc est qa si darẽ tibi aureos 272 $\frac{8}{11}$, ad 10. p 100. in anno: tũc deberes mihi aureos 300. pcise in capite anni. igitur recompensando ad 10. p 100. reuertentur aurei 300. ad 272 $\frac{8}{11}$, est autẽ recõpẽsatio duplex vna simplex, Et opponitur simplici reddituí siue merito. alia ad caput anni & opponitur reddituí ad caput anni, simplex est cũ capitale decrescit opposito mõ auctioni simplici p terminos in pportionalitate positos, veluti auctio simplex ad 10. p 100. fit ad 110. in primo anno, igitur duc 100. in se fit 10000. diuide per 110. exit 90 $\frac{10}{11}$, in secũdo autẽ anno 100. fieret 120. igitur duc 100. in se fit 10000. diuide p 120. exit 83 $\frac{1}{3}$, & ita de reliqs: in recõpensatione autẽ ad caput anni est decremẽtũ oppositũ auctioni ad caput anni, duc igitur 100. in se & pductũ diuide p augumẽtũ & pueniet recõpensatio, veluti 100. in primo anno fit 110. & ideo in recompensatione fit 90 $\frac{10}{11}$, vt in simplici. p secũdo autẽ anno 100. fit 121. vt dictum est duc 100. in se fit 10000. diuide per 121. exit 82 $\frac{78}{121}$, & ita regula generalis est in vtraq3, quod redditus designat recompensationem, sue spetiei.

4 Alia regula est q sicut in redditu ad caput anni magis

100 - 100
10000 | 90
110 |
110 |

augetur capitale, ita in recōpensatione ad caput anni magis minuitur capitale quā in simplici recompensatione, patet ex dictis. Si igitur qs dicat recōpensa mihi 100. libras simpliciter ad 10. p 100. in 5. annis, tu scis q in ficto simplici 100. lucratur 50. ad 10. p 100. in annis 5 duc 100. in se fit 10000. diuide p 150. exit 66 $\frac{2}{3}$, & tot fiēt Si autē dicat recompensa ad caput anni, tunc promererere ad caput anni fiunt 161 $\frac{51}{1000}$ duc 100. in se fiunt 10000. diuide per 161 $\frac{51}{1000}$ exeunt 62 $\frac{7419}{5000000}$.

5 Et ideo nota tria primū q in merito cōposito siue ad caput anni duplici via vti possumus vel via vnitatis vt dictū ē, vel vt mercatores fatiūt facere tabulas mariti vsq ad ānos 20. p singulis meritis, incipiendo a $\frac{1}{2}$ pro 100. & pcedendo vsq ad 40. pro 100 & tabule fiunt vt plurimu; ad 10. vsq distincte, deinde a 10. ad 20. sufficit vna tabula, & ita a 20. ad 30. vna tabula. ponunt autē redditus in frōte tabule, & anni vsq ad 20. supius, & peccunie vsq ad 10000. lateraliter ita q vsq ad 10. distinguunt libre, deinde a 10. vsq ad

Tabula decima meriti ad 5. pro 100.

libre	anni 1			2			3			4		
	l	ß	d	l	ß	d	l	ß	d	l	ß	d
1.	1.	1.	0.	1.	2.	1.	1.	3.	2.	1.	4.	4.
2.	2.	2.	0.	2.	4.	1.	2.	6.	3.	2.	8.	6.
3.	3.	3.	0.	3.	6.	2.	3.	9.	5.	3.	12.	10.
4.	4.	4.	0.	4.	8.	2.	4.	12.	7.	4.	17.	2.
5.	5.	5.	0.	5.	10.	3.	5.	15.	9.	6.	1.	6.
6.	6.	6.	0.	6.	12.	4.	6.	18.	11.	7.	5.	10.
7.	7.	7.	0.	7.	14.	4.	8.	2.	1.	8.	10.	2.
8.	8.	8.	0.	8.	16.	5.	9.	5.	3.	9.	14.	6.
9.	9.	9.	0.	9.	18.	5.	10.	8.	4.	10.	18.	9.
10.	10.	10.	0.	11.	0.	6.	11.	11.	6.	12.	3.	1.
20.	21.	0.	0.	22.	1.	0.	23.	3.	1.	24.	6.	3.
30.	31.	10.	0.	33.	1.	6.	34.	14.	7.	36.	9.	4.
40.	42.	0.	0.	44.	2.	0.	46.	6.	1.	48.	12.	5.

te dicunt̃ irrationales nã secũdũ ꝓportionẽ antequam subtraerẽt primo debebant̃ $\frac{5}{8}$ & secundo $\frac{3}{8}$ qa igitur lucrũ ẽ diuidẽdũ p æqualia nec loqmur de ꝑsona presumitur donũ in dono autẽꝑsumit̃ limitatio qa bene homo donat 10. & nõ donabit 100. ẽ igit̃ ac si diceret dono tibi lucrũ de. 10. cũ igit̃ ponat. 20. detrae. 10. & adde alteri habebit. 30. & primus habebit 10. & ita $\frac{3}{4}$ debebuntur secundo & $\frac{1}{4}$ primo ꝓ regula igit̃ in talibus sic fati es si 80. lucrat̃ 1. igit̃ 40. lucratur $\frac{1}{2}$ & qa 50. lucratur $\frac{1}{2}$ igitur 50. fit 40. & 30. fit 40. in dato tẽpore, detrae igitur 10. & adde alteri semper & fiet vna pars 10. alia 30. & secundum hoc diuide lucrum, & hoc vbi lucrum solum sit diuidendum & non capitale.

Si vero lucrum & capitale sit diuidendum idem accidet quoniam habet rationem doni in omnibus igitur talibus non proportio sed donum est attendendum.

59 Duo fatiũt sotietatẽ primus ponit ducatos 80. & debet habere $\frac{2}{3}$ lucri secundus ponit 20. & debet habere $\frac{1}{3}$ lucri venit tertius & posuit 120. q̃ritur sub conditione reliquorũ quãtũ debet accipere iã intelligis hanc q̃stionem esse irrationalẽ ideo potius iuditialẽ quã Arithmeticã fac vt in priori iunge 80. & 20. fiunt 100. si igitur 100. lucratur 1. igitur 66 $\frac{2}{3}$ capitalis lucrabitur $\frac{2}{3}$ lucri & 33 $\frac{1}{3}$ lucrabitur $\frac{1}{3}$ qa igitur cũ 20. lucratur $\frac{1}{3}$ ꝙ debuit lucrari cũ 33 $\frac{1}{3}$ igitur habuit secundus a primo in vsu donũ 13 $\frac{1}{3}$ & tm̃ donat tertius erit igitur ac si primus posuisset 66 $\frac{2}{3}$ & secũdus 46 $\frac{2}{3}$ & tertius 106 $\frac{2}{3}$ & tunc diuide lucrum pro portione & euenient primo ex 500. aureis lucri $\frac{10}{33}$ & secundo $\frac{7}{33}$ & tertio $\frac{16}{33}$ & ita primo aurei 151 $\frac{17}{33}$ sc̃do aurei 106 $\frac{2}{33}$ tertio aurei 242 $\frac{14}{33}$.

80	20	120
$\frac{2}{3}$	$\frac{1}{3}$	

Et causa in hoc ẽ ꝙ ego bene dabo vsum aureorũ. 100.

& nõ 1000. & dabo vsum aureorũ 10. & nõ 100. d'ratio
ãt certa sup hoc est q si ego cõueniã tecũ vt ponã 100.
aureos & tu 200. & lucrũ diuidat' p mediũ in capite 5.
annorũ deinde tu nolles stare pacto ex iure saltẽ tene-
ris ponere ducatos 50. qbus cõditio mea melior fiebat
p positionẽ ducato℞ 200. nã diuidẽdo p mediũ ẽ ac si
posuissemus ducatos 150. singuli igit' aurei illi 50. p vsu
trãseũt in ius meũ: aliter sequeret' q dato q ego ponerẽ
ducatos 100. quos pmissi & tu solum 50. q transeunt in
ius meũ q tu deberes habere aliqd ex lucro sotietatis
q est maximũ incõueniens: si igit' tu nihil debes habe-
re igit' transierunt in ius meum quare cũ ille secundus
licet ponet plus primo nõ tamẽ plus minuit ex suo capi
tali qa non pportionaliter sed ex voluntate dat certam
rẽ exẽplũ patet in patruis volẽtibus dirigere nepotem
ad frugalem vitam per inuitationem ad mercaturam.

60 Tres fecerũt sotieratẽ primus posuit ducatos 20 secun-
dus 23. tertius 29. ea cõditione vr diuiderẽt lucrum per
æqualia in 5. annis accidit q sotietas durauit tãtũ annis
tribus & lucrati sunt ducatos 216. qritur q sit pars vni-
us cuiusq hec qstio ẽ Iohãnis sfortunati senẽsis q etiã
in pcedẽtibus duabus qstionibus multa dixit cõtra Fra
trẽ Lucã verũ nos retulimus veriorẽ solutionẽ hec aũt
dĩt a pcedẽtibus qa donũ ẽ cõdicionatũ ad annos 5 &
cõditio nõ fuit impleta dic igit' si nõ adesset pactũ pri-
mo deberẽtur ducati 60. secundo 69. & tertio 87. igitur
si cõpletũ fuisset pactũ cuilibet debebantur ducati 72.
dic igit' p primo si 12. q
est differentia 72. & 60.
fit ex 5. qd fiet ex 3. mul-
tiplica 3. in 12. fit 36. diui-
de p 5. exit $7\frac{1}{5}$ adde ad
60. fiẽt $67.\frac{1}{5}$ p primo si-
militer p secundo si 3. fit

Primus	Secundus	Tertius
20	23	29
60	69	87
72	72	72
$67\frac{1}{5}$	$70\frac{4}{5}$	78

ex 5. qd

ex 5.qd fiet ex 3.duc 3.in 3.fit 9.diuide p 5. exit 1 $\frac{4}{5}$ adde ad 69.fit 70 $\frac{4}{5}$.p secundo.similiter p tertio si 15.fit ex 5. quid fiet ex 3.duc 3.in 15.fit 45. diuide p 5.exit 9.subtrae de 87.remanēt 78.& tot debebunt tertio.ecce qualiter hec sua solutio concordat rationi nostre in aliis questio nibus & bonum fuisset ei si mansisset in ea.

61 Duo homines volebāt trāsmutationem facere primus habebat pānū valoris lib.8.p brachio & volebat ponere 9.& habere $\frac{1}{3}$ in peccunia & lucrari 5.pro 100. alius habebat lanā valoris lib.30.p 100.q̄ritur quo pretio debuit apreciari lana a domino pāni vt seruarētur conditiones.capias igitur p sextā regulā quinquagesimiquinti capituli lucrū q̄ est 5.p 100.& adde ad 8.capitale primi & fiet 8 $\frac{2}{5}$ nā $\frac{2}{5}$ sunt $\frac{1}{20}$ de 8.deinde qa ponit 8. valere 9.esset quātū q̄ vellet 8 $\frac{2}{5}$ valere 9.nā $\frac{2}{5}$ iā adnumeratur capitali & qa vult tertiā partē in peccunia cape p septimā regulā eiusdem capituli $\frac{1}{3}$ de 9.est 3.detrae ex 9.fit 6. detrae ex 8 $\frac{2}{5}$ fit 5 $\frac{2}{5}$ igitur ex 5 $\frac{2}{5}$ primus facit 6.qd igitur fatiet 30.multiplica 6.in 30.fit 180.diuide per 5 $\frac{2}{5}$ exeunt 33 $\frac{1}{3}$ & tm̄ debuit apreciari lana.Probatio autē est q̄ ponendo brachiū pani in trāsmutatione valet lib.9.& recipit $\frac{1}{3}$ in peccunia igitur habebit lib.3.in peccunia & lib. 6.in lana & qa lana valet 33 $\frac{1}{3}$ p 100.& 6. est $\frac{18}{100}$ de 33 $\frac{1}{3}$ igitur habebit lane libras 18.Primus igit̄ dedit secundo brachiū pāni q̄ valebat lib.8.in capitali & recepit a secūdo lib.3.in peccunia & 18.libras lane lana aūt supponit̄ valere lib.30.p 100.igit̄ 18.libre valent lib. 5 $\frac{2}{5}$ recepit igit̄ primus a secundo in totū lib.8 $\frac{2}{5}$ & dedit tantū lib.8.igit̄ ex lib.8.lucrat̄ $\frac{2}{5}$ igit̄ ex 100.lib. lucrabitur 5. quare lucrabitur 5.pro 100.quod erat probādum.si igitur lana debuit poni 33 $\frac{1}{3}$ nō potuit bene poni 34 $\frac{1}{2}$ vt dicebat Frater Lucas . Et in hoc & aliis 5.questionibus sequentibus cōsimilibus optime reprehenditur a Iohāne

109

Sfortunato nam aliena inuenta nunquã mihi tribuo:

62 Diuide 20.in duas partes quarũ vna tm̃ fatiat multipli cata p 2.quãtum alia p 13.tunc iunge 13.& 2.fatiunt 15. diuide 20.p 15.exit 1 $\frac{1}{3}$ multiplica 1 $\frac{1}{3}$ per 2.fit 2 $\frac{2}{3}$ & hec est vna pars alia est 17 $\frac{1}{3}$.& ita in aliis.

63 Inuenias numerũ q diuisus p 2.p 3.p 4.p 5.p 6. semper supersit 1.p 7.autẽ nihil supersit nota.ꝙ vbi numerus vl timus q est 7.fuerit numerus primus & numerus super fluus q est 1.fuerit idẽ tunc q̃stio habet solutionẽ gene ralẽ licet Iohãnes Sfortunatus neget esse & in hoc erra uit large.q̃re igit minimũ numerũ numeratũ a 6.5.4.3 2.& est 60.inuenit autẽ multiplicando numeros maio res q sunt 6.& 5.& fatiunt 30.deinde qa 30.numeratur ab omnibus p̃terquã a 4.q̃re maximũ numerũ nume rantẽ 4.& 30.& est 2.diuide 4.p 2.exit 2. multiplica in 30.fit 60.minimus numerus numeratus a.2.3.4.5.6.quo inuẽto diuide 60.p 7.exit 8.& supsunt 4.& nos voleba mus vt superesset 1.& nõ 4.multiplica 4. in 7.fit 28. & scias ꝙ infra 28.neccessario ĩueniũt duo numeri quorũ alter numerabit a 4.& alter a 7.& ille q numerabit a 4.excedet illũ q numerabit a 7.in 1.& tales erũt.8,& 7 nã 8.numerat a 4.& excedit 7.q numerat a 7.in 1.diui de igitur 8.p 4.exit 2.multiplica 60.per 2.exit 120. de trae 1.quẽ volebas supesse remanet 119.& hic est nume quæsitus & hec regula est generalissima.

64 Inuenias numerũ q diuisus p 2.supersint 1.diuisus p 3. supersint 2.diuisus p 4.supsint 3.diuisus p 5.supersint 4. diuisus p 6.supersint 5.diuisus p 7.supersunt o hec que stio etiã ab eodẽ ponitur nõ habere regulã generalem adest tñ regula generalis vbi augumẽtũ sit vniforme & vltimus terminus q est 7.sit numerus primus tũc igitur vt in exẽplo q̃re minimũ numeratũ a 2.3.4.5.6.& ẽ 60. diuide per 7.exit 8.& supersunt 4.quere igitur numerus

q numeratus a 7.excedat aliũ numeratũ a 4.in 1.& hic erit 21.nã numeratur a 7.& excedit 20.qui numeratur a 4.per vnitatem diuide igitur 20.per 4.erit 5.multiplica 60.p 5.fit 300.adde.1.fit 301.& hic est numerus quæsitus & regula est generalis.

65 Quidã homo moriẽs reliqt filios existẽtes peregre & aureos nesciẽs quot & iussit cũ primus reuerteretur reciperet $\frac{1}{7}$ totius & 100.plus & secundus $\frac{1}{7}$ residui & 200. plus & tertius $\frac{1}{7}$ residui & 300.plus & ita de aliis & cum diuisissent pecunias fuerũt æquales q̃rũtur peccunie & filii,subtrae numerũ supiorẽ q ẽ 1. de inferiore q ẽ 7. remanẽt 6.& tot sunt filii multiplica 7. in 6. fit 42.multiplica 42.in 100.& ẽ differẽtia fit 4200.diuide 4200.p quadratum 1.& exit 4200. ẽt & tot aurei fuerũt videlicet 4200.põt ẽt fieri p algebra sic pone q̀ habuerit 100.denariorũ detrae $\frac{1}{7}$ co.p̃.100.p primo habebit primus $\frac{1}{7}$ co.p̃.100.& remanebũt $\frac{6}{7}$ co.m̃.100. cuius accipe $\frac{1}{7}$ q̀ ẽ $\frac{6}{49}$ co.m̃.14$\frac{2}{7}$ cui adde 200.habebit scd's $\frac{6}{49}$ co.p̃.185$\frac{5}{7}$.& qa habuit tm̃ quãtũ primus igit' $\frac{6}{49}$ co.p̃. 185$\frac{5}{7}$ æquãtur $\frac{1}{7}$ co.p̃.100.detrae igit' $\frac{6}{49}$ co.ex $\frac{1}{7}$ co. & 100.ex 185$\frac{5}{7}$ remanebunt $\frac{1}{49}$ co.ex vna parte & 85$\frac{5}{7}$ ex alia inuicẽ æq̃lia,q̃re multiplicãdo 85$\frac{5}{7}$ in 49.fiũt 4200 valor rei & tot aureos habuit ex quo p3 numer⁹ filiorũ

$\frac{1}{7}$	100
6	42
42	4200

66 Quidam homo ambulabat miliaria 30.singulo die iẽs a Mediolano versus Neapolim alius eadem hora discedens ambulabat die prima miliaria 3.secũda 8.tertia 13. quarta 18.& ita deinceps q̃ritur qñ iũgẽtur scias q̀ in talibus in qbus numerus terminorum nõ supponitur integer caderes in maximos & manifestissimos errores si velles sequi regulas datas in capitulo vigesimoseptimo nã vltimus terminus euadit imperfectus vbi termini nõ sint integri,vt in exẽplo ꝓposito supponitur maximus terminus inueniri,multiplicata auctione in numerum

4-a6

terminorū q̄ sit 4 ½ dēpta vnitate p̄ secundā regulam capituli vigesimiseptimi fit 3 ½ multiplico in 5. fit 17 ½ ad de 3. minimū fit 20 ½ maximus terminus & tn̄ non 20 ½ sed 23. debuit esse q̄a augetur arithmetice & nō ꝓportionaliter, & iō nec in geometricis q̄stionibus tenēt regule q̄ñ numerus terminorū nō sit integer & ideo animaduerte ꝙ q̄stio decimaquarta huius capituli peccat nisi sit in integris ꝓut nos fecimus eā. nā nō valet ratio de cubis in fractis ꝓut in regula vigesimaseptima vigesimiseptimi capituli vt diximus in q̄stione decimaquarta huius capituli ꝓ talibus igitur negotiaberis hoc mō subtrae primū iter vnius ꝙ ē 3. ex itinere alterius quod est 30. fit 27. adde ad 30. fit 57. deme 3. a 57. remanēt 54 diuide p 5. differētiam exit ferme 11. vide igitur ꝙ in 11. diebus vel circiter erūt ꝓpinqui primus aūt in 11. dieb⁹ ambulauit miliaria 330. secūdus aūt p secūdā & vndecimā regulā vigesimiseptimi capituli ambulauit miliaria 308. detrae 308, ex 330. remanēt 22. & q̄a secundus in die decimasecūda ambulat miliaria 58. detrae 30. ex 58. remanēt 28. diuide 22. p 28. exeunt $\frac{11}{14}$ & tot partes diei ad dēde sunt ad dies 11. integros igitur in diebus 11 $\frac{11}{14}$ iungent̄ & ambulabit q̄libet miliaria 353 $\frac{4}{7}$ ꝓba & inuenies. Et ex hoc patet error Iohānis sfortunati in decimanona q̄stione itinerū ponētis ꝙ in diebus 11 $\frac{2}{5}$ iūgētur & ꝙ vltima die ibit miliaria setaginta in qua questione licet videre hominis stuporē tā magnū vt nō sit digna viro tali questio illa. ymo nec minimo discipulo.

67 Quidā emit 100. assibus siue solidis 100. capita auium turturū galeritarū turdorū passerū. pretiū turturum fuit ꝯ. 3. ꝓ singulis pretiū turdorū fuit duo ꝓ asse. pretiū galeritarū fuit 3. ꝓ ꝯ. pretiū passerū fuit 11. ꝓ solido q̄ritur quot fuerūt ex vnoquoq; genere. sic facito vt in trigesimaseptima sed ingeniosius accipe minus pretium & est passerū nā habētur 11. ꝓ solido diuide 100. p 11. exit 9 $\frac{1}{11}$

Turtures	Turdi	Galerite		Passeres	
1	2	3		11	
ß.3	ß.1	ß.1		ß.1	
		100			
		11			
		$9\frac{1}{11}$			
		$90\frac{10}{11}$			
$\frac{3}{1}$	$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{3}$		$\frac{1}{11}$	
$2\frac{10}{11}$	$\frac{9}{22}$	$\frac{8}{33}$			
192	27	16		6000	
				192	
192	48	27		31	48
$\frac{27}{7}$ 3	$\frac{27}{21}$	$\frac{21}{6}$	6	$\frac{2}{29}$	
			$\frac{3}{2}$		
28	16	12		44	
84	8	4		4	

detrae ex 100. remanent 90 $\frac{10}{11}$ deinde vide ꝑ viam fractorum pretia naʒ turtures vēdūtur $\frac{3}{1}$ ß.& turdi $\frac{1}{2}$ ß.& galerite $\frac{1}{3}$ ß. & passeres $\frac{1}{11}$ ß. detrae minus pretium quod ē $\frac{1}{11}$, ex singulis remanent ꝓ turturibus 2 $\frac{10}{11}$ pro turdis $\frac{9}{22}$ pro galeritis $\frac{8}{33}$ multiplica omnia per.66 eo,quod 66.continet 33.& 22 , & 11 , que sunt denominationes fractionū fiēt ꝓ turturibus 192. ꝓ turdis 27., ꝓ galeritis 16.deinde multiplica 66. in residuū peccuniarū & fuit 90 $\frac{10}{11}$ fit 6000 detrae totiēs 192. ex 6000.ꝙ residuū possit diuidi p. 27.& 16.vt nihil supsit ꝓ quo nota ꝙ 16.numerat 192.nā 12.in 16.facit 192.diuide igitur 6000.ꝑ 192.exit 31.& supersunt 48.diuide 192. ꝑ 27.exeūt 7.& supersunt 3.detrae 27.ex 48.remanent 21.detrae 21.ex 27.remanēt 6.diuide 6.ꝑ 3.exeunt 2. detrae 2.ex 31.remanēt 29.cū igitur duxeris 29.in 192.& ꝓ ductum detraxeris a 6000.remanebit numerus minor numeratus a 27.& erit 16.nā 192.in 29.facit 5568.& 16. in 27.facit 432.q iuncti faciunt 6000.habemus igit᷑ 29. & 16.& qa nō habemus nisi turtures & turdos & non galeritas diuidemus vnā turturē q̄ cōtinet hoc mō 12,

galeritas quia 192. cõtinet 16. duodecies. in 12. galeritas & remanebunt turtures 28. turdi 16. vt prius galerite 12 que omnes sunt 56. aues & quia debuerunt esse 100. igitur passeres erunt 44. proba & inuenies nam 28. turtures valent ß. 84. turdi 16. valent ß. 8. galerite 12. valẽt ß. 4. passeres 44. valẽt ß. 4. summa ẽ ß. 100. vt voluimus & est regula Iohannis Sfortunati pulcra & vniuersalis.

68 Aureus valet 10. florẽtinos & 7. ambrosinos atq; etiã valet 4. florẽtinos & 14. ambrosinos venio ad cãpsores & cãbio & recipio 11. florẽtinos 5. ambrosinos & 5. solidos q̃ritur valor aurei in florẽtinis & ambrosinis & solidis p se idest quot florẽtinos valet aureus & quot ambrosinos etiã valet aureus & ita quot solidos & ita ambrosinus quãtũ valet & florentinus fac vt vides supponendo ambrosinos ambrosinis florẽtinos florẽtinis deinde subtrae minorẽ de maiore remanẽt 6. florẽtini æquiualẽtes 7. ambrosinis dic igit̃ p regulam 3. si aureus valet 10. florẽtinos & 7. ambrosinos & 7. ambrosini sunt 6. florẽtini igitur aureus valet 16. florẽtinos & tãtũ valuit, itẽ si aureus valet 14. ambrosinos & 4. florentinos & 6. florẽtini sunt 7. ambrosini dic igit̃ si 6. sunt 7. qd erũt 4. & erũt 4 $\frac{2}{3}$ iunge 4 $\frac{2}{3}$ ad 14. fiunt 18. & aureus valebit 18 $\frac{2}{3}$ ambrosinos. deinde q̃a dixit ꝙ habuit 11. florẽtinos & 5. ambrosinos & 5. solidos reduces ad florẽtinos & fient 5. ambroxini p regulam 3. florẽtini 4 $\frac{2}{7}$ adde ad 11. fient florẽtini 15 $\frac{2}{7}$ igit̃ est ac si diceres ꝙ aureus valet florẽtinos 15 $\frac{2}{7}$ & 5. solidos & iã valebat 16. florentinos detrae igit̃ 15 $\frac{2}{7}$ de 16. remanẽt $\frac{5}{7}$ florẽtini & hi æquiualẽt 5. solidis igitur florentinus valet solidos 7. & q̃a 6.

Aureus	
Floren	Amb.
10	7
4	14
6	7

florentini ſunt ambroxini 7.& florentini 6.valent ſoli-
dos 42,igitur ambroxinus valet ſolidos 6.& qa aureus
valet 16.florētinos & florētinus ſolidos 7.igitur aureus
valebit ſolidos 112.& ita in reliquis omnibus aliis.

69 Quidā vendit oua & habuit tot groſſos quot oua dedit
ꝑ groſſo & cū hoc ſi vēdidiſſet 2.minus pro groſſo ha
buiſſet groſſos 4 $\frac{2}{5}$ plus quā fuiſſent oua q̄ vendidit pro
groſſo hec q̄ſtio pulchra eſt & facilius ꝑ poſitionē ſol-
uitur ſicut & omnes tales.pone igitᵉ ꝙ dederit 1 co.ouo
rū ꝑ groſſo & groſſi etiā ex ꝑpoſitione tua erunt 1 co.
qa æquantᵉ ouis & oua fuerūt 1 ce.deinde qa ſi dediſſet
2.m̄.igitᵉ dediſſet 1 co.m̄.2.ouorū ꝑ groſſo & qa habuiſ
ſet groſſos 4 $\frac{2}{5}$ plus ouis pro groſſo,igitᵉ cū iā haberet ,1
co.ouorum m̄.2.habuiſſet groſſos 1 co.p̄.2 $\frac{2}{5}$ & quia de
diſſet oua 1 co. m̄.2.,ꝑ groſſo igitur 1 co.p̄.2 $\frac{2}{5}$ in 1 co.m̄
2.ꝑducit 1 ce.ouorū multiplica in crucem fiūt 1 ce.p̄.$\frac{2}{5}$
co.m̄.4 $\frac{4}{5}$ æqualia 1 ce.igitur $\frac{2}{5}$ co.æquatur 4 $\frac{4}{5}$ igitᵉ res
valet 12.& tot oua dabūtur ꝑ groſſo igitᵉ cū groſſi eſſēt
æquales ouis erūt groſſi 12.igitᵉ oua in totum erunt 144.
hec ſolutio ē generalis.regule aūt q̄ dan
tur in talibus aut nō ſatiſfatiūt aut ſunt
infinite ideo ſolueres eodē mō ſi diceret
vendidi oua 1 plus quā collegerim groſ-
ſos.ꝙ ſi vēdidiſſem duo minus ꝑ groſſo
quam vēdidi collegiſſem groſſos 7.plus

1 co.m̄.2
1 co.p̄.2 $\frac{2}{5}$
1 ce.p̄.$\frac{2}{5}$ co.
m̄.4 $\frac{4}{5}$

quā fuiſſent oua q̄ dediſſem ꝑ groſſo,ſoluitᵉ vt p̄cedēs
pone ꝙ dederit 1 co.ouorū pro groſſo & quia collegit
groſſos 1.m̄.igitᵉ collegit 1 co.m̄.1.groſſorū igitᵉ vendi-
dit 1 ce.m̄.1 co.ouorū deinde qa dicis ſi dediſſet 2. oua
minus ꝑ groſſo dediſſet 1 co.m̄.2.ouorū pro groſſo &
collegiſſet groſſos 7.plus quā fuiſſent oua que dediſſet.
dabat autē oua 1 co.m̄.2.igitur detrae 2.a 7. remanent
5.habuiſſet igitur groſſos 1 co.p̄.5.igitᵉ ducēdo 1 co.m̄.

2.in 1 co.p̄. 5. fit 1 ce. p̄.3 co.m̄.10.& hoc debet æquari 1 ce. m̄.1 co.detrae vnū ex alio remanent 4 co.m̄.10. ideſt 4 co.æquales 10. igitur res valet $2\frac{1}{2}$ & tot oua dabat ꝓ groſſo & habuit groſſum

oua — groſſi

1 co. —— 1 co.m̄.1. ——

1 ce.m̄.1 co.

1 co.m̄.2. — 1 co.p̄.5.

1 co.p̄.5.

1 ce.p̄.3 co.m̄.10.

1 ce.m̄.1 co.

4 co.m̄.10.

1.minus ouis q̄ dabat pro groſſo igitur habuit groſſum $1\frac{1}{2}$ igitur habuit in totū oua $3\frac{3}{4}$ & ſi dediſſet 2. oua minus quam dabat pro groſſo dediſſet $\frac{1}{2}$ ouum pro groſſo & collegiſſet groſſos $7\frac{1}{2}$ igitur collegiſſet 7, groſſos plus quam fuiſſent oua quedabat pro groſſo.

70 Quidā volebat ædificare domū & cōgregauit calcem lapides & ſabulū euenit autem vt nō potuerit ædificare domū & vendebat materiā ſub certo pretio venit igitur emptor & emit currus 2.lapidū currus 3.calcis currus 7.ſabuli libris 34.venit & alius emēs hāc materiam eodē p̄tio & habuit currus 3.lapidū currus 4.calcis currus 12.ſabuli libris 46.venit & alius emēs eodē p̄tio currus 4.lapidū currū 1.calcis currus 13. ſabuli libris 42. q̄rit' pretiū cuiuſlibet.ſoluitur hec p modum q̄ſtionis decimelexte p̄ciſe & inuenies ꝙ lapides vēdunt' lib̄ 14.ꝓ curru & calx lib̄.$5\frac{1}{2}$ ꝓcurru & ſabulū nihil venditur imo dominus ſabuli ſoluit lib̄.$1\frac{1}{2}$ emptori aliaruꝫ rerum pro vnoquoqꝫ curru vt amoueat ipſum e domo in talibus autem oportet eſſe valde cautum vbi non omnia venduntur.

Lapides	calx	ſabulū	libre
2	3	7	34
3	4	12	46
4	1	13	42

71 Auri br.3.cōtexti damaſci br.4.veluti br.5. venduntur

ſcutis 32. itē eodē ꝓtio auri br. 7. damaſci br. 6. veluti br. 11. vendunt̃ ſcutis 69. itē eodem mō pretio auri br. 4. damaſci br. 8. veluti br. 36. vendunt̃ ſcutis 112. ſoluit̃ hec vt precedēs p modū decimeſexte q̄ſtionis & inuenies aurū valere ſcutos 5 $\frac{1}{4}$ damaſcū 1 $\frac{1}{4}$. velutū 2 $\frac{1}{4}$ & ita in aliis et poſſunt formari caſus innumerabiles magiſtrales vtiles & fortes.

Aurū	Damas	Velu	Scuti
3	4	5	32
7	6	11	69
4	8	36	112

72 Querit̃ regula numerorū planetariorū hec autem duplex eſt prima volo ſumā laterū vt pote figure iouis que conſtat ex 4. locis in ſe & ſunt 16. inuenias igit̃ progreſſionē de 16. & eſt 136. diuide p 4. & eſt R̷. 16. exit 34, & hic eſt numerus ſimiliter ꝓgreſſio martis q̄a numerus quadratorum eſt 25. erit 325. diuide per 5. radicem 25. exit 61. & tantu s eſt numerus lateralis.

Ratio ſecunda eſt talis in imparibus diſpone numeros ſeriatim vt vides deinde tranſpone ipſos ad cōtrariam partem excludēdo angulares & perfities tabulā in paribus autē obſeruare cōuenit etiā cōtrarias poſitiones poſui autez numeros paruos q̄ tranſpoſiti intelliguntur eſt igitur idem modus in omnibus etiam ſi mille numeroruz ſint, excepto q̄ in maioribus plures excludere oportet videlicet duos minus ſemp quā ſit ſeries numerorū vt in 3. excludit̃ 1, in 5. excludunt̃ 3, vt hic & in 7, excludun

				1				
			6		2			
		11	24	7	20	3		
	16	4	12	25	8	16	4	
21		17	5	13	21	9		5
	22	10	18	1	14	22	10	
		23	6	19	2	15		
			24		20			
				25				

tur 5. & ita in aliis. in paribus etiā lateralē trāspositionē vltra eā q̄ fit in imparibus a sursum deorsum & a deorsum sursum & a dextro in sinistrā & a sinistro in dextrū moliri oportet. ad aduersa3 positionē cūmutatim declinādo ceterū figure in reliquis omnino sibi sunt similes.

73 Tres zelotipi habebāt secū suas cōiuges & volebāt trāsire flumē de nocte ita ꝗ nūq̄ vxores cogꝫessent sine cōiuge cū alio homine, & habebāt cimbā tm̄ capientē duos q̄ritur quomō debuerūt facere, primo ingrediuntur due mulieres & trāseūt flumē & vna earū regreditur, secundo illa assumit tertiam mulierē & trāsit flumē & regredit᷑ tertio illa q̄ regredit᷑ exit e cimba & associat se viro suo & reliqui duo ingrediūtur cimbā & transeunt flumen accedentes ad vxores suas, deinde vnus eorum assumit vxorē & regredit᷑ cū ea, quarto ambo viri transeūt flumē dimissis vxoribus & descēdūt e cimba & ascēdit mulier sola & in duabus vicibus trāsfert alias duas mulieres & ita in 6. vicibus transferunt᷑ oēs sine suspitione, aliqua pōt aūt formari talis q̄stio multis modis.

74 Quidā habebat. pānū. sericū, & telā. alius habebat lanā & volebāt transmutare, pānus valebat 10. & ponebat 11. sericu3 ꝗ valebat 5. ponebat 6. tela q̄ valebat 3. ponebatur 4. ille volebat $\frac{2}{3}$ summe in panno & $\frac{1}{4}$ summe in serico & $\frac{1}{6}$ summe in tela. q̄rit᷑ quātū debuit ponere lanam q̄ valebat aureos. 6. pro 100. iunge $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{6}$ & fatiūt $\frac{13}{12}$ accipe igit᷑ $\frac{2}{3}$ de 12 & sunt 8. & pōe supra 13. & fient $\frac{8}{13}$ accipe etiā $\frac{1}{4}$ de 12.

Pannus			Sericū	Tela
$\frac{2}{3}$			$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{6}$
	10		5	3
	11		6	4
$\frac{2}{3}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{6}$	8	$\frac{8}{13}$ $\frac{3}{13}$ $\frac{2}{13}$
12	12	12	3	
8	3	2	$\frac{2}{13}$	
10	11	6	66	$6\frac{3}{5}$
5	6	6	36	$7\frac{1}{5}$
3	4	6	24	8

& sunt 3. pone supra 13. & fient $\frac{3}{13}$ accipe etiã $\frac{1}{6}$ de 12. & sunt 2. pone supra 13. fiunt $\frac{2}{13}$ & he sunt portiones eius q̃s vult ex vnaquaq; re videlicet $\frac{8}{13}$ ex pãno $\frac{3}{13}$ ex serico $\frac{2}{13}$ ex tela, post dices ꝓ pãno si 10. ponit̃ 11. qd ponemus 6. valorẽ lane & fiet p regulã 3. pretiũ lane 6 $\frac{3}{5}$ & simili-ter dicemus si 5. ponit̃ 6. in serico ponemus lanã 7 $\frac{1}{5}$ per regulã 3. & p eandẽ ponemus telã 8. deinde multiplica-bimus 6 $\frac{3}{5}$ p 8. & est pars quota de 13. & fiet 52 $\frac{4}{5}$ et simili ter multiplicabimus pro serico 7 $\frac{1}{5}$ p 3. et fient 21 $\frac{3}{5}$ et si-militer multiplicabimus 8. p 2. et fient ꝓ tela 16. deinde iungemus has tres multiplicationes et fient 90 $\frac{2}{5}$ et hoc diuide mus p 13. et est totũ siue denominator et exibit 6 $\frac{62}{65}$ et tot aureis debet poni lana similẽ ponit Frater Lucas d. nona. t. tertio. q. vigesimaquinta

Pannus	Sericum	Tela
6 $\frac{3}{5}$	7 $\frac{1}{5}$	8
8	3	2
52 $\frac{4}{5}$	21 $\frac{3}{5}$	16

52 $\frac{4}{5}$	90 $\frac{2}{5}$
21 $\frac{3}{5}$	13
16	6 $\frac{62}{65}$ Pretiũ lane
90. $\frac{2}{5}$	

sed ita difficilẽ solutionẽ adducit vt etiã exptuз grauet tot fractorum agregatio et multiplicatio, intelligitur au tem hec questio de partibus illis in pretio et non in re. Quod si dicat volo $\frac{1}{3}$ in pãno et $\frac{1}{4}$ in seri-co et $\frac{1}{6}$ in tela et sit in brachiis et non in pretio tũc dices igit̃ pro omnibus 8. bra-chiis Panni vult br. 3. serici et br. 2. Tele multiplicabis igit̃ brachia in pretiũ suuз et pones pro panno 80. pro serico 15, pro tella 6, et p̃tia aucta similiter, deinde iun ges 80, 15. et 6. et fiunt 101. iunge etiã pre-tia apretiata et sunt 88. 18. et 8. et fient 114 dic igit̃ si 101. ponit̃ 114. qd ponetur lana

80	15	6
88	18	8
101	114	6
	6	
	684	
	101	
	6 $\frac{78}{101}$	

919

q̄ valet 6. multiplica p regulā 3. ipsum 6. in 114. fit 684. diuide per 101. exit $6\frac{78}{101}$ & tantum ponetur lana.

75 Quidam lusit die prima & vicit ducatos 9. die secunda vicit ꝓportionaliter die autē tertia vicit etiā ꝓportionaliter & vicit ducatos 16. q̄ritur cū quot aureis cepit ludere & quātū lucratus ē. qa igitur ꝓportionaliter vicit igitur etiā lucra fuere ꝓportionalia ex dictis in quadragesimosecundo capitulo.

igitᷣ die secunda lucratus ē quātitatē medio modo ꝓportionalē inter 9. & 16. duc igitᷣ 9. in 16. fit 144. & ℞.144. q̄ est 12. erit lucrū secunde diei. pone igitᷣ ꝙ

Prima	1 co.	9
Secūda	℞.1 $\frac{7}{9}$ ce.	℞.144.
Tertia		16

9 . ℞.144. 1 co.   co. ℞.1 $\frac{7}{9}$

prima die habuerit 1 co. igitᷣ secūda die habebit tātū ꝙ erit ꝓportionale ad 1 co. sicut ℞.144. ad 9. dic igitᷣ si 9. ꝓducit ℞.144. qd ꝓducet 1 co. multiplica 1 co. in ℞.144. fit ℞.144. ce. diuide p 9. exit q̄drādo 9. fit 81. diuide 144 ce. fiūt ℞.1 $\frac{7}{9}$ ce. q̄re p 9. regulā 51. capituli scd̄a quātitas ē co. ℞.1 $\frac{7}{9}$ & qa scd̄a dies dr̄t a prima in 9. nā in prima die habebat 1 co. in secunda die 1 co. p̄.9. qa lucratꝰ ē 9. igitᷣ co. ℞.1 $\frac{7}{9}$ æquantᷣ 1 co. p̄.9. pone igitᷣ p regulā octauā 51. capituli ℞.1 $\frac{7}{9}$ m̄.1. & p ipsum diuide 9. per regulā diuisionis surdorū & exibit ℞.238 $\frac{2}{49}$ p̄.11 $\frac{4}{7}$ & hic ē valor rei videlicet 27. & tātū habuit prima die nā ℞.238 $\frac{2}{49}$ ē 15 $\frac{3}{7}$ quibus additis 11 $\frac{4}{7}$ fit valor rei 27. vel aliter vt facit Frater Lucas dic prima die habuit 1 co. secūda die 1 co. p̄.9. multiplica in crucē 1 co. p̄.9. in 9. fit 9. co. p̄.81. item multiplica ℞.144. in 1 co. fit ℞.144 ce. &

℞.1 $\frac{7}{9}$ m̄.1.   9

℞.1 $\frac{7}{9}$ p̄.1.   ℞.1 $\frac{7}{9}$ p̄.1.

$\frac{7}{9}$ ℞.144. p̄.9.

$\frac{7}{9}$

℞.238 $\frac{2}{49}$ p̄.11 $\frac{4}{7}$

hec debent esse æqualia quadra vtraq; partem fiet 144 ce. æquales 81 ce. p̄. 1458 co. p̄. 6561. reduc ad .1 ce. fiet 1 ce. æqualis $23\frac{1}{7}$ co. p̄. $104\frac{1}{7}$ sequere æquationē cerno & fiet valor rei vt prius ℞. $238\frac{2}{49}$ p̄. $11\frac{4}{7}$.

76 Est piscis cuius caput ē lib. 12. corpus ē $\frac{2}{3}$ capitis & caude at cauda ē $\frac{2}{11}$ corporis & capitis q̄ritur quāta ē cauda & quātū ē corpus & quātū ē totū pone ꝙ corpus sit 1 co. cū igitᷣ sit $\frac{2}{3}$ residui erit residuū $1\frac{1}{2}$ co. & totum $2\frac{1}{2}$ co. & qa cauda ē $\frac{2}{11}$ residui residuū autē fuit 1 co. p̄. 12. igitᷣ cauda ē $\frac{2}{11}$ co. p̄. $2\frac{2}{11}$ iūge omnia simul videlicet caput ꝙ est 12. & corpus ꝙ est 1 co. & caudā q̄ est $\frac{2}{11}$ co. p̄. $2\frac{2}{11}$ fiet totus piscis $1\frac{2}{11}$ co. p̄. $14\frac{2}{11}$ & qa etiā totus piscis fuit $2\frac{1}{2}$ co. igitᷣ $1\frac{2}{11}$ co. p̄. $14\frac{2}{11}$ æquātᷣ $2\frac{1}{2}$ co. q̄re detraēdo fiūt $1\frac{7}{22}$ co. æqualia $14\frac{2}{11}$ integra fiēt 29 co. æq̄les 312. quare res valet $10\frac{22}{29}$ & tātū fuit corpus igitᷣ corpus cū capite fuit $22\frac{22}{29}$ & quia totus piscis erat $2\frac{1}{2}$ co. igitᷣ erit $26\frac{26}{29}$ quare cauda fuit $4\frac{4}{29}$ fuit igitᷣ caput 12. corpus $10\frac{22}{29}$ cauda $4\frac{4}{29}$ totus piscis $26\frac{26}{29}$. Aliter & facilius in talibus pone vt vides in Figura deinde qa sunt partes residui p regulā trigesimā quadragesimi secundi capituli addes denominatori numeratorē & fiēt corpus $\frac{2}{5}$ totius sicut erat $\frac{2}{3}$ residui & cauda $\frac{2}{13}$ totius quia erat $\frac{2}{11}$ residui iunge p modum incruciationis & fient corpus & cauda $\frac{36}{65}$ totius

Corpus		Cauda	Caput
$\frac{2}{3}$		$\frac{2}{11}$	lib, 12.
$\frac{2}{5}$		$\frac{2}{13}$	lib. 12.
	$\frac{36}{65}$		$\frac{29}{65}$
			12
			780

quare caput erit $\frac{29}{65}$ totius & qa caput est 12. libre igitur libre 12. sunt $\frac{29}{65}$ totius multiplica 12. in 65. fiunt 780. diuide p 29. exeunt $26\frac{26}{29}$ & tantus fuit piscis quo cognito habes partes eius quia cauda ē $\frac{2}{13}$ totius igitur erit $4\frac{4}{29}$. & corpus est $\frac{2}{5}$ totius igitur $10\frac{22}{29}$.

77 Diuide 10. in partes 3. cōtinue ꝓportionales ita ꝙ diui

+16

so 10. p vnāquāq; earū & cōgregatis ꝓuenientibus fiat totū 20. soluit̃ hec faciliter ex nonagesimaprima regula 42. capituli nā ℞. 20. neceſſario erit ꝓuentus 10. diuisi p secundā partē ꝓportionalē igit̃ diuiso 10. p ℞. 20. exit ℞. 5. pars ꝓportionalis secunda, dices igitur diuide 10. m̄. ℞. 5. in duas partes inter quas cadat medio modo ꝓportionalis ℞. 5. & hoc p algebra vel p 116. regulam hoc mō dimidia 10. m̄. ℞. 5. fit 5. m̄. ℞. 1 $\frac{1}{4}$ duc ī se fit 26 $\frac{1}{4}$ m̄. ℞. 125. detrae 5. ex hoc quadrato fit 21 $\frac{1}{4}$ m̄. ℞. 125. huius ℞. V. addita & diminuta a medietate q̄ fuit 5. m̄. ℞. 1 $\frac{1}{4}$ ostēdit partes. erit igitur pars maior 5. m̄. ℞. 1 $\frac{1}{4}$ p̄. ℞. V. 21 $\frac{1}{4}$ m̄. ℞. 125. media autem ℞. 5. minor 5. m̄. ℞. 1 $\frac{1}{4}$ m̄. ℞. V. 21 $\frac{1}{4}$ m̄. ℞, 125.

78 Diuide 14. in tres partes cōtinue proportionales ita ꝙ prima multiplicata p 2. secunda p 3. tertia per 4. fatiant multiplicationes he iuncte 36. pone ꝙ pars media sit 1 co. igitur residuū est 14. m̄. 1 co. diuide 14. m̄. 1 co. in duas partes proportionales inter quas cadat 1 co. in medio p regulā centesimādecimam sextam quadragesimi secundi capituli & erit vna pars 7. m̄. $\frac{1}{2}$ co. p̄. ℞. V. 49. m̄ $\frac{3}{4}$ cen. m̄. 7 co. & alia erit 7. m̄. $\frac{1}{2}$ co. m̄. ℞. V. 49. m̄. $\frac{3}{4}$ cen. m̄. 7 co. multiplica has partes vt vides infra & iunge.

Prima | Secunda.

7. m̄. $\frac{1}{2}$ co. p̄. ℞. V. 49, m̄. $\frac{3}{4}$ ce. m̄. 7 co. | 1 co.

2 | 3

14. m̄. 1 co. p̄. ℞. V. 196. m̄. 3 ce. m̄. 28 co. | 3 co.

Tertia. 7. m̄. $\frac{1}{2}$ co. m̄. ℞. V. 49. m̄. $\frac{3}{4}$ ce. m̄. 7. co

4

28. m̄. 2 co. m̄. ℞. V. 784. m̄. 12 ce. m̄. 112 co.

28. m̄. 2 co. m̄. ℞. V. 784. m̄. 12 ce. m̄. 112 co.
14. m̄. 1 co. p̄. ℞. V. 196. m̄. 3 ce. m̄. 28 co.
p̄. 3 co.

42. m̄. ℞, V. 196. m̄. 3 ce. m̄. 28 co. æqualia 36

Talis autē additio est qm̄ habes 3 co.p̄.in secunda parte & 3 co.m̄.in reliqs duabus igit̄ remanet solus numerus & qa R̸.V.inferior p p̄.est quarta pars secūdū omnes partes R̸.V.superioris q̄ ē m̄.igit̄ inferior R̸.V.ē dimidiū supioris igit̄ detracta a supiore remanebit ipsa R̸.inferior p̄cise p m̄.igitur hēs 42.m̄.R̸.V.196.m̄.3 ce.m̄.28 co.æqualia 36.igit̄.6.æquant̄ R̸.V.196.m̄.3 ce.m̄.28 co.igit̄ quadrando fient 36.æqualia 196.m̄.28 co.m̄.3 ce.igit̄ 160.æquant̄ 28 co.p̄.3 ce.igit̄ 1 ce.p̄.9 $\frac{1}{3}$ co.æquātur 53 $\frac{1}{3}$ quare res valet R̸.75 $\frac{1}{9}$ m̄.4 $\frac{2}{3}$ R̸.autē 75 $\frac{1}{9}$ ē 8 $\frac{2}{3}$ igitur detractis 4 $\frac{2}{3}$ ex 8 $\frac{2}{3}$ remanent 4.& hic est valor secūde quātitatis vnde p centesimādecimāsextā regulā quadragesimisecundi capituli habebis reliquas partes.

79 Diuide 14.in 3.partes cōtinne p̄portionales ita q̄ prima ducta p 2.secūda p 3.iuncteq; he multiplicationes æquent̄ tertie multiplicate in 7.pone q̄ secunda sit 2 co.erit residuū 14.m̄.2 co.diuide 14.m̄.2.co.fit 7.m̄.1 co.quadra fit 49.m̄.14 co.p̄.1 ce.detrae quadratū partis medie & est 4 ce.remanebit 49.m̄.14 co.m̄.3 ce.huius R̸ Vniuersalis addita & detracta a 7.m̄.1 co.facit partes quæsitas sequere propositum multiplicando.

Prima — Secunda.

7.m̄.1 co.p̄.R̸.V.49.m̄.14 co.m̄.3 ce. | 2 co.

2 — 3

14.m̄.2 co.p̄ R̸.V.196.m̄.56 co.m̄.12 ce. 6 co.

Tertia.7.m̄.1 co.m̄.R̸.V.49.m̄.14 co.m̄ 3 ce.

7

49.m̄.7 co.m̄.R̸.V.2401.m̄.686 co.m̄.147 ce.

iunge primā & secundā & detrae tertiā vt vides & ex parte numeri & co.clara est detractio ex parte autē R̸.V.vides q̄ sunt eedē sed vna fuit multiplicata p 2.alia p 7.& qa vna ē p̄.alia m̄.iungi debent hoc mō quadra

Prima & Secū | 14.p̄.4 co.p̄.℞.V.196.m̄.56 co.m̄.12 ce.
Tertia 49.m̄.7 co.m̄.℞.V.2401.m̄.686 co.m̄.147 ce.
Prima & Secū. | 11 co.p̄.℞.V 3969.m̄.1134 co.m̄.243 ce.
Tertia | 35.

1225.p̄.121 ce.m̄.770 co.
3969.m̄.243 ce.m̄.1134.

2744.æqualia 364 ce.p̄.364 co.

7.fit 49.iunge 7.& 2.fiunt 9.quadra 9.fit 81.deinde dic ꝑ regulam 3.si 49.fit 81.qd fiet ℞.V.2401.m̄.686 co.m̄.147 ce.multiplica ꝑ 81.& fit ℞.V.194481.m̄.55566 co.m̄.11907 ce.diuide ꝑ 49.& exit ℞.V.3969.m̄.1134 co.m̄.243 ce.& hoc est cōiunctū ex illis radicibus vniuersalibus.vel aliter vt facit Frater Lucas multiplica omnia ꝑ suos numeros deinde ꝓ ℞.V.qa vna ē p̄.q̄ multiplicatur per 2.alia m̄.q̄ multiplicat̃ ꝑ 7.ideo sufficiet illam q̄ ē m̄.multiplicare ꝑ 9.nā addito 2.& 7.fiūt 9.quadra igitur 9.fit 81.duc in ℞.V.49.m̄.14 co.m̄.3 ce.fit 3969.m̄ 1134 co.vt prius & ē leuior modus m̄.243 ce. hoc igit̃ æq̄tur cū 35.m̄.11 co.quadra vtranq; parte & fit 1225.p̄.121 ce.m̄.770 co.æqualia quadrato ℞.V.& ē 3969.m̄.1134 co.m̄.243 ce.detrae vnū ex alio vt vides in Figura & reduc ad 1 ce.fiet 1 ce.p̄.1 co.æqualia $7\frac{7}{13}$ sequere capitulum (necro) fiet valor rei ℞.L.$7\frac{41}{52}$ m̄.$\frac{1}{2}$ & qa posuimus secūdā quātitatē 2 co.erit secūda quātitas ℞.L.$31\frac{2}{13}$ m̄.1.habita secunda quātitate habebis ꝑ centesimā regulā quadragesimisecundi capituli reliquas nec credas aliquam q̄stionē in Fratre Luca huic eē similē licet videat̃ 7.q.trac.6.d.sexta huic similis multum,tamen illa leuior est quia non operatur per regulam hanc 3.a me inuentam in similibus casibus sed ipse presupponit numeros multiplicatores prime & tertie partis esse æquales.

80 Diuide 14.in 3.partes continue ꝓportionales ita q; quadrata prima

drata prime & secunde æquent̃ quadrato tertie diuide 14 secundũ ꝓportionẽ habẽtẽ mediũ & duo extrema p secundã regulã quadragesimiquarti capituli & fient partes ℞.245.m̃.7.& 21.m̃.℞.245.multiplica vnam in aliã & fiũt p regulã p̃cedẽtis q̃stionis ℞.192080.m̃.392. igitur ℞.V.℞.192080.m̃.392. est quantitas secunda & quadratum huius cum quadrato minoris partis æquabuntur quadrato maioris p regulã trigesimamsecundã q̃nquagesimiprimi capituli quadra vnãquãq; vt vides

Deinde iunges quadratũ prime & secunde p regulam p̃cedẽtis capituli & fiet 294.m̃.℞.48020. habes igitur q̃situ sed he partes iuncte nõ sunt 14. sed 14.p̃.℞.192080.m̃.392.q; ẽ dicer̃ ℞.192080.m̃.378.dic igitur per regulam 3.si ℞.192080.m̃.378.foret 14.quid esset ℞.245.m̃.7.& ℞.192080.m̃.392. & 21.m̃.℞.245.multiplica omnia p 14.& diuide p ℞.192080.m̃.378.p regulã tertiam vigesimiprimi capituli & ꝓdeuntia erunt partes q̃site & p hanc sciũtur latera trigoni ortogonii cuius tria latera sunt cõtinue ꝓportionalia nã erunt in ꝓportione triũ quãtitatũ inuẽtarum.

	Prima minor.
Par.	21.m̃.℞.245.
Quadr.	686.m̃.℞.432180.
	Secunda media.
	℞.V.℞.192080.m̃.392.
Quadr.	℞.192080.m̃.392.
	Tertia maior.
	℞.245.m̃.7.
Quadr.	294.m̃ ℞.48020.

81 Quidã locauit domũ ad 5.annos ꝓ lib.200.singulo anno locator vult oẽs peccunias in initio locationis ille qui vult eas exbursare vult dare ad 10.pro 100.quæritur quot peccunias debet exbursare Quia res procedit pro 100.pone q; exburset 100 co.igit̃ in fine primi anni habebit 100 co.p̃.10 co.quia lucrat̃ ad 10.ꝓ 100.dico igit̃ q; ꝓmereri debes 100 co.In 5.annis cũ 6.terminis vt vi

des & huius accipe vltimũ terminũ qui ẽ 161 $\frac{141}{1000}$ co. itẽ ꝓmerere lib. 200. ad caput anni in 4. annis vno videlicet minus & in 5. terminis vt vides ad 10. ꝓ 100. & fient vt, vides deinde iunge	100 co.	lib. 200
	110 co.	lib. 220
	121 co.	lib. 242
	133 $\frac{1}{10}$ co.	lib. 266 $\frac{1}{5}$
	146 $\frac{41}{100}$ co.	lib. 292 $\frac{41}{50}$
	161 $\frac{141}{1000}$	lib. 1221 $\frac{1}{50}$

omnes terminos & fiẽt lib. 1221 $\frac{1}{50}$ reduc omnia ad integra & hoc multiplicãdo ꝑ 1000. fient 161141 co. æquales lib. 1221020. & quia in initio posuisti 100 co. multiplica ꝑ numerũ lib, ipsum 100. & fient 122102000. lib. æquales 161141 co. diuide lib. ꝑ co. exit lib. 757 $\frac{118263}{161141}$ ꝓba & inuenies. quidã volũt facere redditũ peccuniaruz simplicẽ sed nõ intelligunt quia lib. 200. excedũt libras redditus peccunie mutuate Et ideo euenit postmodum res absurda. si tñ velis hoc facere fiet ꝑcise eodẽ modo nisi ꝙ le co. promerentur simpliciter & fiunt in 5. annis 150 co. deinde diuide lib. 1221 $\frac{1}{50}$ multiplicatũ ꝑ 100. & sunt 122102. per 150. & exit numerus peccunie, sed vt dixi in probatione oportet te multum esse cautum propter absurditatem aut enim faciliter errares aut solutio tibi videretur falsa cum tamen esset vera.

Frater Lucas in cõsimili grauiter errat vt solet in tractatu de domorũ appẽsionibus dicit enim ꝙ in 5. annis ad 10. ꝓ 100. posito ꝙ domus soluat lib. 10. ꝓ anno & excõsequẽti in 5. annis lib. 50. ꝙ debet exbursare lib. 33 $\frac{1}{3}$ videlicet $\frac{2}{3}$ totius ꝙ falsissimũ ẽ, nã ad caput anni haberet exbursare plusquã 37. libras & fere 38. & ad redditũ simplicẽ plusquã 40. libras quare patet error proba tu met & inuenies ipsum conuictũ vltimis verbis & hic est error ad 8. pro 100. ad minus cogita modo in aliis.

In regula autẽ de mõ sic faties ꝓmerere 100. numeruz semꝑ ad caput anni si pactũ sit ad caput anni vel sim-

pliciter si sit simpliciter in terminis vno plus annis vt pote si sint anni 5. in 6. terminis & si sint anni 3. in quattuor terminis vt vides in exẽplo deinde in vtroq; casu ꝓmerere pensionẽ vnius anni ad modũ q dr̃ ad caput anni siue primũ meritũ sit ad caput anni siue simpliciter & hoc in tot terminis quot sunt anni deinde agrega summã omniũ terminorũ & hãc summã multiplica p 100. semp & ꝓuẽtũ diuide p vltimũ terminũ numeri ꝓmeriti & q̄ exit sunt peccunie exbursande. Exẽplum quidã accepit agrũ a locatore 400. librarum psoluendarũ singulis annis cõputo, & ꝓ annis 5. ille vult peccunias oẽs in initio locationis ille vult dare ad rõnẽ librarũ 7. ꝓ anno vtilitatis ad caput anni q̄a vt res cõfusa aliter apparet ꝓmerere 100. ad 7. ꝓ 100. ad caput ãni in 6. terminis ꝓ quo nota hũc modũ ꝓmerere 100. ꝓ vno anno & fit 107. deinde multiplica 107. in se fit 11449. diuide per 100. exit 114 $\frac{49}{100}$ deinde multiplica 114 $\frac{49}{100}$ in se & fit 13107 $\frac{9601}{10000}$ hoc diuide p 107. exit quartus terminus 122 $\frac{539601}{1070000}$ diuide etiã idez productũ p 100. exit quintus terminus 131 $\frac{79601}{1000000}$ deinde multiplica quartũ terminum in se q̄ ẽ 122 $\frac{539601}{1070000}$ & producitur 15015 $\frac{9535813239201}{1070000000000000}$ diuide per 107. exit 140 $\frac{359533813239201}{1070000000000000}$ habes igitur 6. terminos & vltimus ẽ diuisor deinde quadrupla 5. primos terminos fiunt vt vides nã si 100. ꝓducit 107. & 114. & reliqua igit̃ 400. qui est redditus ꝓducit 428. & 457. & reliqua dimitẽdo vltimũ terminum

100
107
114 $\frac{49}{100}$
122 $\frac{539601}{1070000}$
131 $\frac{79601}{1000000}$
140 $\frac{359533813239201}{1070000000000000}$

400
428
457 $\frac{96}{100}$
490 $\frac{18404}{1070000}$
524 $\frac{318404}{1000000}$
2300 $\frac{31629625}{10700000}$

exillis 6. habebis quadruplãdo 5. primos terminos vt vides quinq; alios terminos in eadẽ ꝓportione quos iunges vt vides & fiunt 2300 $\frac{31629628}{107000000}$ hoc totum multiplica in 100. quia assumpsisti 100. fit 230029 $\frac{599628}{1070000}$ hoc igitur diuide per 140 $\frac{35953813239201}{1700000000000}$ exit 1638 $\frac{8515308357094381}{12306581481400000000000}$ & tot libras dabit probata est.

82 Quidã emit croci lib. 1. cinamomi lib. 2. piperis lib. 5. ꝑ 6. aureis & fuit pretiũ 1. lib. croci talis pars pretii 2. lib. cinamomi qualis pars fuit ꝓtiũ lib. 2. cinamomi, 5. lib. piperis, eodẽ autẽ pretio emit croci lib. 30. piperis lib. 40. cinamomi lib. 50. aureis 100. q̃ritur pretiũ vniuscuiusq; scias ꝙ licet Frater Lucas dicat qõnem esse difficilẽ ac vix inextricabilẽ nõ est tñ difficilior fere sua sed ipse nõ intellexit radices arithmetice nam cũ dicis ꝙ pretia 5. 2. 1. sunt continue ꝓportionalia

Crocus	Cinamomũ	Piper	
1	2	5.	6
30	50	40.	100
30	25	8	100

vbi diuiseris vnũquodq; ꝑ suum genus vt vides erunt etiã respectu 5. 2. 1. pretia cõtinue ꝓportionalia & ideo nõ accidit alia difficultas nisi ꝙ diuides libras 30. croci ꝑ lib. 1. croci & libras 50. cinamomi ꝑ lib. 2. cinamomi & lib. 40. piperis ꝑ lib. 5. piperis exibũt igit᷑ lib. 30. croci liq. 25. cinamomi liq. 8. piperis. ẽ igit᷑ ac si diceres lib. 1. croci lib. 1. cinamomi lib. 1. piperis valẽt 6. ducatos & pretia sunt cõtinue ꝓportionalia qd igit᷑ si valebunt lib. 30. croci & lib. 25. cinamomi & lib. 8 piperis eodẽ ꝓtio ducatos 150. quãtũ valebit crocus piper & cinamomũ excepto ꝙ quãdo pones valorem in æquatione lib. 1. croci memẽto ꝙ erit lib. 1. croci sed qñ pones valorẽ lib. 1. cinamomi memẽto ꝙ illud pretium nõ erit 1. lib. cinamomi sed 2. & similiter cum inueneris pretiũ 1. libre piperis memẽto ꝙ tale pretiũ erit pretium

5.lib.piperis & non vnius tm̄ ideo cū volueris scire ptiū vnius lib.cinamomi diuides pretiū Inuētū p 2.& cū volueris scire ptiū 1.lib.piperis diuide ptiū inuētum p 5.soluamus igit eā sic.pone ꝙ secunda pars ꝑportionalis & ē pretiū cinamomi sit 2.co.detrae 2 co.ex 6.pretio aureorum primo remanēt 6.m̄.2 co.diuide fiunt 3.m̄.1 co. quadra fit 9.p̄.1 ce.m̄.6 co.detrae quadratū secunde ꝙ ē 4 ce.remanebit 9.m̄.3 ce.m̄.6 co.cuius radix addita & diminuta a dimidio ostendit partes fuit dimidiū 3.m̄.1

Croc. Cinamomū

3.m̄.1 co.m̄.R.V.9m̄.3 ce.m̄.6 co. 2 co.

30 25

90.m̄.30 co.m̄.R.V.8100.m̄.2700 ce.m̄.5400 co. 50 co.

Piper

3.m̄.1 co.p̄.R.V.9.m̄.3 ce.m̄.6 co.

8

24.m̄.8 co.p̄.R.V.576.m̄.192 ce.m̄.384 co.

co.igit vna pars erit 3.m̄.1 co.p̄.R.V.9.m̄.3 ce.m̄.6 co. alia 3.m̄.1 co.m̄.R.V.9.m̄.3 ce.m̄.6 co.multiplica vnum quodqꝫ p id ꝙ ꝑuenit ex diuisione videlicet ptiū croci p 30.& cinamomi p 25.& piperis p 8.& in hoc animaduerte ꝙ maior quātitas ē multiplicanda p numerū maiorē media p mediū & minor p minorē si intēdis augere pretiū at hic econtra maior quātitas ē multiplicanda p minorē numerū & minor p maiorē nā minor est proportio 100.pretii secūdi ad 63.agregatum ex croco cinamomo & pipere in secūda emptione quā 6.pretii primi ad 3.agregatū ponderum in prima emptione post deductionē & hoc bene nota secūda autē quantitas semper manet suo loco & fient vt vides hoc facto iunge hec pretia & quia radix vniuersalis vna ē p̄. & est minor &

90.m̄.30 co.m̄.℞.V.8100.m̄.2700 ce.m̄.5400 co.
50 co.
24.m̄.8 co.p̄.℞.V.576.m̄.192 ce.m̄.384 co.

114.p.12 co.m.℞.V.4356.m̄.1452 ce.m̄.2904 co.

alia m̄.& est maior ideo adiūgendo detraemus p̄. a m̄. & remanebit m̄.& qa vna fuit multiplicata p 30.alia p 8.ideo se habebūt in pportione 30.ad 8. detrae igit 8.a 30.remanet 22.igit radices tales se habebūt in pportione 30.ad 22.quare quadrata in pportione quadratorū & sunt 900.& 484.multiplicabimus igit ℞.vniuersalez q̄ est maior p 484.& fiet ℞.V.3920400.m̄.1306800 ce. m̄.2613600 co.hoc diuide p 900.exit ℞.V.4356.m̄.1452 ce.m̄.2904 co.& hec ℞.est m̄.& cū toto vt vides æquatur 100.numero supposito trāsfer ℞.V.p se & fiet detraendo numerū a numero 14.p̄.12 co.æqualia ℞.vniuersali 4356.m̄.1452 ce.m̄. 2904 co.quadra vtraq; partem fient 196.p̄.336 co,p̄.144 ce.æqualia 4356.m̄.2904 co.m̄. 1452 ce.quare æquādo fient 4160.æqualia 3240 co. p̄. 1596 ce.igitur 2 $\frac{242}{399}$ æquātur 1 ce.p̄.2 $\frac{4}{133}$ co.sequere capitulū (necro dami) fiet valor rei ℞.3 $\frac{4494602}{7057911}$ m̄.1 $\frac{2}{133}$ & quia secunda quantitas posita est 2 co. igitur valor medie quātitatis esset duplus ad hoc s; quia

196.p̄.336 co.p̄.144 ce.
4356.m̄.2904 co.m̄.1452 ce.

4160.æqualia 3240 co.p̄.1596 ce.

diximus q valor 2 co.est valor cinamomi & cinamomū fuit lib.2.igit valor 1. lib. cinamomi ē ℞.3 $\frac{4494602}{7057911}$ m̄.1 $\frac{2}{133}$ & valor lib.2.Erit duplū quo habito habebis reliqua p centesimādecimāsextā regulā detraēdo duplū valoris idest ℞.14 $\frac{3862586}{7057911}$ m̄.2 $\frac{4}{133}$ ex 6.& remanet 8 $\frac{4}{133}$ m̄.℞ $\frac{3862586}{7057911}$ diuide igitur hoc residuū in duas partes q̄ inuicē ducte pducant quadratum ℞.supradicte idest

ꝙ pducāt in numero 14 $\frac{3862586}{7057911}$, pba & inuenies & est pulcra questio.

83 Inuenias 3. numeros continue pportionales quorum agregatū secūdi & tertii diuisum per primū item agregatū primi & tertii diuisum per secundum itē agregatum primi & secundi diuisum per tertiū iūctaq; omnia faciāt 13 pone 1. primā quātitatē & 1 co. secūdā & 1 ce. tertiam

Prima	Secunda	Tertia
1	1 co.	1 ce.
	1	
	1 co.	1 ce.
1		1 ce.
1 co.		
$\frac{1}{1\ co.}$		1 co.
1	1 co.	
1 ce.		
$\frac{1}{1\ ce}$	$\frac{1}{1\ co.}$	

1 ce. p̄. 2 co. p̄. $\frac{2}{1\ co.}$ p̄. $\frac{1}{1\ ce.}$ | 13

1 ce.

1 ce. ce. p̄. 2. cu. p̄. 2 co. p̄. 1. | 13 ce.

3 ce. | 3 ce.

1 ce. ce. p̄. 2. cu. p̄. 3 ce. p̄. 2 co. p̄. 1. | 16 ce.

℞. | ℞.

1 ce. p̄. 1 co. p̄. 1. | 4 co.

Prima	Secunda	Tertia
1	$1\frac{1}{2}$ p̄. ℞. $1\frac{1}{4}$	$3\frac{1}{2}$ p̄. ℞. $11\frac{1}{4}$

diuide secundā & tertiā p primā exit 1 ce. p̄. 1 co. diuide 1 ce. p̄. 1. p 1 co. videlicet primā & tertiā p secundā exit 1 co. p̄. $\frac{1}{1\ co}$ diuide ēt 1 co. p̄. 1 p 1 ce. exit $\frac{1}{1\ co.}$ p̄. $\frac{1}{1\ ce.}$ iūge omnia fiūt 1 ce. p̄. 2 co. p̄. $\frac{2}{1\ co.}$ p̄. $\frac{1}{1\ ce.}$ æqualia 13. ex supposito multiplica oīa p 1 ce. fit 1 ce. ce. p̄. 2. cu. p̄. 2 co p̄. 1. æq̄lia 13 ce. adde cōiter 3 ce. fiūt 1 ce. ce. p̄. 2. cu. p̄. 3 ce. p̄. 2 co. p̄. 1 æqualia 16 ce. accipe radicē vtriusq; partis & fiet 1 ce. p̄. 1 co. p̄. 1. vna alia vero 4 co. & erunt æqualia ꝙ si nō haberet ℞. 16 ce. nihil refert quia esset co. ℞. 16. vt patet p regulā nonam quinquagesimiprimi capituli sed posui 13. vt fierēt 16 ce. qui habēt radicē dis-

cretã poteſt enim fieri in omni numero vt etiã ſequẽs aufer igitur æquando partes habebis 1 ce.p̃.1. æqualia 3 co. quare res valet per capitulum ℞.1 $\frac{1}{4}$ p̃.1 $\frac{1}{2}$ erunt igitur partes vt vides.

84 Inuenias 5. numeros cõtinue ꝓportionales quorũ quatuor agregatũ ſemꝑ ꝑ reliquũ diuiſum atq; ille 20. diui

1 1 co. 1 ce. 1 cu. 1 ce.ce.
1 1 co. 1 ce. 1 cu. 1 ce.ce.
1 ce.ce. 1.cu. 1 ce. 1 co.
1.cu. 1 ce. 1 co. $\frac{1}{1\ co.}$
1 ce. 1 co. $\frac{1}{co.}$ $\frac{1}{1\ ce.}$
1 co. $\frac{1}{1\ co.}$ $\frac{1}{1\ ce.}$ $\frac{1}{cu.}$
$\frac{1}{1\ co.}$ $\frac{1}{1\ ce.}$ $\frac{1}{cu.}$ $\frac{1}{1\ ce.ce.}$

1 ce.ce.2. cu.3 ce.4 co. $\frac{4}{1\ co.}$ $\frac{3}{1\ ce.}$ $\frac{2}{1\ cu.}$ $\frac{1}{ce.ce.}$ | 356
1ce.ce. | 1 ce.ce.

1 ce.ce.ce. | 2.Rel.Sec. 3 ce.cu. |
4.Rel.Pri. | 4.cu.3 ce. | 2 co. | 1 | | 356 ce.ce.
5 ce ce. | 5 ce.ce.

1 ce.ce.ce. | 2.Rel.Sec. | 3 ce.cu. | 4.Rel.Pri.
5 ce.ce.4.cu. | 3 ce. | 2 co. | 1. | 361 ce.ce.
℞. ℞.
1 ce.ce.p̃.1.cu.p̃.1 ce.p̃.1 co.p̃.1. | 19 ce.
1 $\frac{1}{4}$ ce. | 1 $\frac{1}{4}$ ce.
1 ce.ce.p̃.1.cu.p̃.2 $\frac{1}{4}$ ce.p̃.1 co.p̃.1. | 20 $\frac{1}{4}$ ce.
℞. ℞.
1 ce.p̃. $\frac{1}{2}$ co.p̃.1. | 4 $\frac{1}{2}$ co.
1 ce.p̃.1. æquatur 4 co.

Prima.	Secunda.	Tertia.	Quarta.	Quinta.
1.	1.p̃.℞.3.	4.p̃.℞.12.	10.p̃.℞.108	28.p̃.℞.768.

siones siue potius 5.iuncte simul fatiant 356.pōt etiam fieri vt dixi de quolibet numero pone primū 1 secundū 1 co.tertiū 1 ce.quartū 1.cu.quintum 1 ce.ce.diuide ,put vides vnāquāq; partē p reliquā ordinatim incipiēdo ab 1.deinde ab 1 co.deinde ab 1 ce.& fiet tādē summa quā vides æqualis 356.multiplica vtrāq; partē p 1 ce.ce. fient vt vides adde vtriq; parti 5 ce.ce.& fiēt tandem 1 ce.ce. ce.p̄.2.Rel.Sec.p̄.3 ce.cu.p̄.4.Rel.Pri.p̄.5 ce.ce.p̄.4. cu.p̄.3 ce.p̄.2 co.p̄.1.æqualia 361 ce.ce.quare accipe ℞. vtriusq; partis seorsum & fient 1 ce.ce.p̄.1.cu.p̄.1 ce.p̄. 1 co.p̄.1.æqualia 19 ce.iterū adde vtriq; parti 1 $\frac{1}{4}$ ce. fiēt 1 ce.ce.p̄.1.cu.p̄.2 $\frac{1}{4}$ ce.p̄.1 co.p̄.1 æqualia 20 $\frac{1}{4}$ ce.accipe ℞.vtriusq; & est 1 ce.p̄.$\frac{1}{2}$ co.p̄.1.& alia ē 4 $\frac{1}{2}$ co. & he sunt æquales inuicē igit̄ 1 ce.p̄.1.æquat̄ 4 co.q̄re p capitulum fiet valor rei 1.p̄.℞.3. vel ℞.3.m̄.1.in vtroq; enim verificat̄ posita igit̄ prima parte 1.secunda 1.p̄.℞ 3.erit tertia quadratū secūde ex positione q̄a tertia pars ponitur 1 ce.vnde ducta tertia in secūdam habebimus quartā q̄ supponitur 1.cu.& ducta etiā tertia in se fiet cognita quinta q̄ est 1 ce.ce.ex supposito & sunt vt vides.

85 Fac ex 8.partes duas quarum assumptis quadratis atq; iunctis similiter assumptis cubis & iunctis ductoq; vno agregato in alterū fiat numerus pfectus q̄stio hec pōt etiā fieri dicēdo q̄ ex ductu vnius in alterum fiat 6000. aut 10000.& ita de aliis in hoc autē oportet cōsiderare an q̄situ sit possibile an nō nam dat̄ minimū quo minus nō pōt fieri & maximum quo nō maius minimū aūt fit diuidendo 8. per æqualia & fit 4. cubi igitur sunt 64.& 64,qui iuncti fatiūt 128. & quadrati sunt 16.& 16.qui iuncti fatiūt 32. ducto aūt 32, in 128, fit

4	4	
16	16	32
64	64	128
		1096
8		0
64		0
512		0,32768.

4096.& hic est minimus numerus qui potest produ-
ci maximus autem sic inuenitur quadra totum quod
est 8. fit 64.cuba totum fit 512.duc 512.in 64. fit 32768.
Et hic est maximus quē nō pōt tn̄ ꝑducere ex tali diui
sione sed omnē minorē illo vsq; ad 1096.nā sicut maio
rē 32768.ꝑducere nō pōt talis diuisio ita nec minorem
1096.hoc facto igit̄ quere an aliqs numerus perfectus
sit inter 1096.& 32768.per tertiam quadragesimisecundi
capituli & inuenies ꝙ cadit inter eos 8128.ꝙ si nō cade
ret q̄stio nō esset possibilis cum igitur 8128. sit maior de
1096.& minor de 32768.cōstat casum esse possibilē,quo
facto diuide 8.in 4.p̄.1 co.& 4.m̄.1 co.q̈dra vtranq; par
tē vt vides & fiēt 16.p̄.8 co.p̄.1 ce.& 16.m̄.8 co.p̄.1 ce.cū
igit̄ iūgunt̄ 8 co.p̄.& 8 co.m̄.nihil fatiūt erūt igit̄ 32.p̄.
2 ce.cuba etiā vtrāq; partē vt vides & fient 64.p̄.48 co.
p̄.12 ce.p̄.1.cu.& 64.m̄.48 co p̄.12 ce.m̄.1.cu.vnde iun
cta fatient 128.p̄.
24 ce.nam cu.p̄.&
m̄.& co.p̄.& m̄.æq̄
les numero nihil
fatiūt erit igit̄ sum
ma cuborū partiū
128.p̄.24 ce.& qua
dratorū 32.p̄. 2 ce.
multiplica inuicem
et fiūt 4096.p̄.1024
ce. p̄. 48 ce. ce. &
hec æquabuntur
8128. igitur detrae
4096.ex 8128.re-
manēt 4032.æqua
lia 1024 ce.p̄. 48
cen.cen. reduc ad
1 ce.fiēt 84. æqua-

4.p̄.1 co. 4.m̄.1 co.

16.p̄.8 co.p̄.1 ce. | 16.m̄.8 co.p̄.1 ce.

16.p̄.8 co.p̄.1 ce.
4.p̄.1 co.

64.p̄.48 co.p̄.12 ce.p̄.1 cu.

16.m̄.8 co.p̄.1 ce.
4.m̄.1 co.

64.m̄.48 co.p̄.12 ce.m̄.1 cu.

128.p̄.24 ce.
32.p̄.2 ce.

4096.p̄.1024 ce.p̄.48 ce.ce.
8128.

4032.æqualia 1024 ce.p̄.48 ce.ce

tuli nā illa regula defficit nā si sane intelligatur ipsa est
vniuersalis & tenet in cōuersis & aliis fractis & surdis
& est sensus cū fuerint 4.numeri quomodolibet tales
ꝙ differentia secundi a tertio sit æqualis primo & ꝙ se
cundus & tertius æquent̃ quarto & ē dicere cū fuerint
4.numeri quorū primus & secūdus iūcti æquātur tertio
atq; secundus & tertius æquentur quarto tunc semper
quadrata prime & quarte quātitatis sunt duplū quadra
torū secunde & tertie quātitatis, & hoc semp verum est
pone igit̃ ꝙ prima quātitas sit 1 co.igitur residuum erit
12.m̃.1 co.& hoc æquabit̃ secunde tertie & quarte quā
titati igit̃ p regulā q̄rta quantitas est 6.m̃.$\frac{1}{2}$ co.adde ei 1
co.fit 6.p̃.$\frac{1}{2}$ co.cape dimidiū ꝙ
ē 3.p̃.$\frac{1}{4}$ co.& hoc erit tertia quāti
tas detrae eā a quarta remanet
secunda 3.m̃.$\frac{3}{4}$ co.cū igit̃ sint cō
tinue ꝑportionales duc primam
in quartā fiūt 6 co.m̃.$\frac{1}{2}$ ce.duc se
cundā in tertiā fiunt 9.m̃.1$\frac{1}{2}$ co.
m̃.$\frac{3}{16}$ cen.quare tandē fient 1 ce.
p̃.28$\frac{4}{5}$ æqualia 24 co. quare res
valet 12.m̃.℞.115$\frac{1}{5}$.& hec est pri
ma quātitas hanc detrae ex 12.

Prima 1 co.
Secunda 3.m̃.$\frac{3}{4}$ co.
Tertia 3.p̃.$\frac{1}{4}$ co.
Quarta 6.m̃.$\frac{1}{2}$ co.

6 co.m̃.$\frac{1}{2}$ cen.
9.m̃.1$\frac{1}{2}$ co.m̃.$\frac{3}{16}$ cen.

Prima 12.m̃.℞.115$\frac{1}{5}$
Secunda ℞.64$\frac{4}{5}$ m̃.6
Tertia 6.m̃.℞.7$\frac{1}{5}$
Quarta ℞.28$\frac{4}{5}$

remanēt ℞.115 $\frac{1}{5}$ cuius dimidiū ē ℞.28 $\frac{4}{5}$ quātitas quarta, huic adde primā fit 12.m̄.℞.28 $\frac{4}{5}$ huius cape dimidiū q̄ est 6.m̄.℞.7 $\frac{1}{5}$ tertia quātitas, hāc detrae ex quarta remanet ℞.64 $\frac{4}{5}$ m̄.6. he igitur quantitates sunt continue proportionales & quadratum prime & quarte sunt duplum quadratorum secunde & tertie quod est ꝓpositū.

Similiter si dicat inuenias 4. quātitates continue ꝓportionales q̄ secunda sit 4. & quadrata prime & quarte sint duplū quadratoruȝ secunde & tertie tunc habes 4. secundā quātitatē pone primā 1 co. igitur tertia quia cōponit̃ ex secūda & prima erit 4.p̄.1 co. & quarta erit 8.p̄.1 co. q̄a cōponit̃ ex secūda & tertia:

Prima	1 co.
Secunda	4
Tertia	4.p̄.1 co.
Quarta	8.p̄.1 co:
Prima	℞.20.m̄.2
Secunda	4
Tertia	℞.20.p̄.2
Quarta	℞.20.p̄.6

sequere æquationem habebis primam & reliquas vt vides & ita plures potes formare casus.

158 Diuide 10. in 3. partes cōtinue ꝓportionales ita q̄ quadrata prime & tertie simul iuncta fatiant 40. ex nonagesimasecunda q̄stione, hoc mō. quadra 10. fit 100. duplica semp fit 200. auferas numerū quē vis vt agregent quadrata & est 40. remanēt 160. accipe ℞. fit ℞.160. ab ipsa detrae numerū diuidendū & ē 10. fit ℞.160.m̄.10. & hec ē secūda quātitas deinde. aufer eā ex 10. remanet 20.m̄.℞.160. agregatū prime & tertie, diuide igit̃ 20.m̄.℞.160. in duas partes ex quarū multiplicatione inuiceȝ ꝓducat̃ 260.m̄.℞.64000. p centesimā vel centesimam decimāsextā regulā quadragesimisecundi capituli, diuide igit̃ 20.m̄.℞.160. p æqualia fit 10.m̄.℞.40 quadra fit 140.m̄.℞.16000. detrae 260.m̄.℞.64000. fit ℞.℞.16000 m̄.120. cuius ℞. vniuersalis addita & diminuta a 10.m̄.℞.40. ostēdit partes erunt, igitur partes vt vides proba

nā ꝓbatio facilis ē qa oēs incrutiationes radicis vniuersalis cadūt, tā in agregatione quā etiā in multiplicatiōe, productum enim prime partis ē 140.m̄.℞.16000.p̄.℞.16000.m̄.120. ꝓductum tertie est 140.m̄.℞.16000.p̄.℞.16000.m̄.120. eo ꝙ incruciationes cadunt vtrinqꝫ igitur

Prima 10.m̄.℞.40.m̄.℞.V.℞.16000.m̄.120.
Secunda ℞.160.m̄.10.
Tertia 10.m̄.℞.40.p̄.℞.V.℞.16000.m̄.120.

agregatū prime & tertie est 280.m̄.240.m̄.℞.64000.p̄.℞.64000. igitur hoc totum est 40. precise. due enim ℞.4000. fatiūt ℞.16000. & due ℞.16000. fatiūt ℞.64000. & similiter multiplicatio prime in tertiā est 140.m̄.℞.16000.p̄.120.m̄.℞.16000. quod est dicere igitur 260.m̄.℞.64000. & hoc est quadratum de ℞.160.m̄.10.

Cū fuerint 6. quātitates cōtinue ꝓportionales, si agregatū quadratorū 6. quātitatum minuatur ex quadrato agregati dictarū quātitatū & residui sumatur dimidiū & tale dimidiū diuidatur p agregatuꝫ omniū detracta prima quātitate exibit agregatū prime tertie & quinte quātitatis, si vero diuidatur p agregatū omniū detracta sexta quātitate, exibit agregatū secunde quarte & sexte quātitatis. & hec regula ē vniuersalis vt relique & inuēta geometrice. demonstratur enim ex quadragesimatertia primi ellucratorū vt & oēs relique exēplū. capio. 1.2.4.8.16.32. agregatū ē 63. quadratū eius 3969. summa quadratorū 1365. detracta a 3969. remanēt 2604. diuide per æqualia exit 1302. diuide 1302. p 62. quod est agregatū omniū dempto 1. prima quantitate exit 21. agregatum prime tertie & quinte quātitatis & similiter si diuiseris 1302. p 31. ꝙ ē agregatū omniū dempta sexta quātitate exibit 42. agregatū secunde quarte & sexte quātitatis,

159 Diuide 10.p.℞.cu.3. p̃.℞.cu.2.item p.℞.cu.3.m̃.℞.cu.2.Itē p ℞.cu.10.p̃.2.Itē per ℞.cu.10.m̃.2.Itē per ℞.cu.℞.100.p̃.2.Itē p ℞.cu.℞.100.m̃.2.Itē p ℞.cu.24.p̃.℞.cu.6.p̃.℞.cu.1 ½.Item multiplica ℞.10.in ℞.cu.10.m̃.2. he sunt 8. petitiones euacuātes totā rē ℞.cu.& quadratarū.& nihil aliud volūt nisi ꝙ inuenias recisa & binomia sua aut trinomia idest tales numeros q̄ multiplicati p dictos diuisores faciāt numeros integros aut factos nō surdos,tales enī sunt diuisores boni.

Primum Exemplum.

℞.cu.3. p̃.℞.cu.2.

℞.cu.9.m̃.℞.cu.6.p̃.℞.cu.4.

3. p̃. 2.pductū

Secundum Exemplum.

℞.cu.3. m̃.℞.cu.2.

℞.cu.9.p̃.℞.cu.6.p̃.℞.cu.4.

3. m̃.2.pductū

Tertium Exemplum.

℞.cu.10. p̃.2.

℞.cu.100.m̃.℞.cu.80.p̃.4.

10. p̃.8.pductū

Quartum Exemplum.

℞.cu.10. m̃.2.

℞.cu.100.p̃.℞.cu.80.p̃.4.

10. m̃.8.pductū

Quintum Exemplum.

℞.cu.℞.100. p̃.2.

℞.cu.100.m̃.℞.cu.80.p̃.4.

℞.cu.℞.1000000.ꝙ ē 10.p̃.8.p

Sextum Exemplum.

℞.cu.℞.100. m̃.2.

℞.cu.100.p̃.℞.cu.80.p̃.4.

℞.cu.℞.100000.ꝙ.ē 10m̃.8.p.

Pro primis 6. casibus dico ꝙ pcedūt eodē modo ferme quadra vtrūq; extremū & pone pro extremis.deinde multiplica vnū quadratū per alterū & producti accipe ℞.& pone eā in medio p p̃,si diuisor ē recisum.vel p m̃.si est binomiū.& tale trinomiū simplex aut trinomiū recisum si multiplicet in diuisorē pducit numerū sanū,qui ponit pro diuisore:deinde multiplicabis idē trinomiū p 10.numerū diuidēdū & producetur trinomium diuidendū.

In primo igitur casu quadra ℞.cu.3. fit ℞.cu.9. quadra ℞.cu.2. fit ℞.cu.4. multiplica ℞.cu.9. in ℞.cu.4. fit ℞.cu.℞.36. quod est ℞.cu.6. hanc pone m̄. quia ℞.cu.3. p̄. ℞.cu.2. fuit binomium.

Et nota ꝙ ꝓductū erit illud ꝙ ꝓducit̃ ex extremis tantū inuicem. nā alie etuciationes cadūt quare multiplica ℞.cu.3. in ℞.cu.9. fit ℞.cu.27. ꝙ est 3. multiplica ℞.cu.2. in ℞.cu.4. fit ℞.cu.8. p̄. ꝙ est 2. igitur productū erit 3. p̄.2 ꝙ est 5. & ita vides in exemplo secundo ꝙ trinomiū est per p̄. quia diuisor fuit ℞.cu.3. m̄. ℞.cu.2.

Et ita in tertio exemplo quadra ℞.cu.10. fit ℞.cu.100. quadra 2. fit 4. multiplica 4. in ℞.cu.100. cuba 4. fit 64. multiplica 64. in 100. fit 6400. cape ℞.6400. q̃ est 80. & ℞.cu.80 ē media quātitas erit igitur hec minuenda & fiet trinomiū recisum ℞.cu.100. m̄. ℞.cu.80. p̄.4. quare in quarto exēplo erit etiā idē sed p p̄. & ita productum exit ex extremis in tertio exēplo 18. & in quarto erit. 2.

Pro q̄nto exemplo similiter quadra ℞.cu.℞.100. fit ℞.cu.100. quadra 2. fit 4. multiplica vnū p aliud cubando 4. fit, ℞.cu.℞.6400. quod est ℞.cu.80. vt prius & ita fit trinomiū ℞.cu.100. m̄. ℞.cu.80. p̄.4. & posui ℞.cu.℞.100. quia idem est quod ℞.cu.10. vt videres veritatē. & ita dicemus in sexto exemplo ꝙ trinomium recisum erit ℞.cu.100. p̄. ℞.cu.80. p̄.4. sunt & in his sex modis alie regule inueniēdi recisa veluti recisum de ℞.cu.3. p̄. ℞.cu.2. ē ℞.cu.243. m̄. ℞.cu.162. p̄. ℞.cu.108. m̄. ℞.cu.72. p̄. ℞.cu.48. m̄. ℞.cu.32. & ꝓductū ē ex extremis videlicet ℞.cu.729. ꝙ est 9. m̄. ℞.cu.64. ꝙ est 2. & ita ē 7.

Modus inueniēdi tale recisum ē vt inuenias primū relatū de 3. & est 243. q̄a fit ex cubo 3. ꝙ ē 27. in quadratū 3. ꝙ est 9. & ita inuenies primū relatū de 2. ꝙ ē 32. deinde interpone 4. numeros continue ꝓportionales inter eos quorū primus est ex ce.ce.3. in 2. secundus ex cubo

ʒ.in quadratũ 2. | R.cu.ʒ. | m̃.R.cu.2.
tertius ex cubo.2 | R.cu.243.m̃.R.cu.162.p̃.R.cu.108.
in q̃dratũ ʒ. quar
tꝰ ex ce. ce.2.in ʒ. | m̃.R.cu.72.p̃.R.cu.48.m̃.R.cu.32.
Est & alius mo- | R.cu.729.m̃.R.cu.64.ꝙ est 7.
dus in his 6. exē-
plis talis accipe R.ʒ.tãquã ʒ.nõ sit cubus deinde dic si. ʒ. esset 2.qd esset R.ʒ.multiplica R.ʒ.in 2.fit R.12.diuide p.ʒ.quadratum,exit R.1 $\frac{1}{3}$ & similiter dic si ʒ.fieret 2. ꝙ esset R.1-$\frac{1}{3}$ & fiet R.$\frac{16}{27}$ his tribus numeris habitis qui sunt R.ʒ.R.1 $\frac{1}{3}$ R.$\frac{16}{27}$ adde eis R.cu. fient R.cu.R.ʒ.R.cu.R.1 $\frac{1}{3}$ R.cu.R.$\frac{16}{27}$ & hoc ē cõuersum de R.cu.ʒ.p̃.R.cu.2. vel de R.cu.ʒ.m̃.R.cu.2. ponẽdo R.cu·R.1 $\frac{1}{3}$ ecõtrario vt vides in exẽplis.hic tñ modus ē cõfusior & pducit ad R.quadratã.

Et ex hoc patet ꝙ infinita sunt eiusdem numeri binomii recisa, siue quadrati siue cubici attamen primus modus ē facilior & etiã absolutior quandoqꝫ tñ indigemus aliis.

Ex hoc tñ vltimo mõ elicitur facilius recisum de R.cu. 24.p̃.R.cu.6.p̃.R.cu.1 $\frac{1}{2}$ nam quadra 24.fit 576.& eius R.cu.ē primus numerus deinde mul

R.cu.ʒ. p̃.R.cu.2.
R.cu.R.ʒ.m̃.R.cu.R.1 $\frac{1}{3}$ p̃.R.cu,R.$\frac{16}{27}$
R.ʒ. p̃.R.1 $\frac{1}{3}$ pductũ
he iuncte fatiunt R.8.$\frac{1}{3}$-

R.cu.ʒ. m̃.R.cu.2.
R.cu.R.ʒ.p̃.R.cu.R.1 $\frac{1}{3}$ p̃.R.cu.R.$\frac{16}{27}$
ʒ. m̃.R.1 $\frac{1}{3}$ pductũ
he iuncte fatiunt R.$\frac{1}{3}$

R.cu.24.p̃.R.cu.6.p̃.R.cu.1 $\frac{1}{2}$
R.cu.576. m̃.R.cu.144.
24. m̃.6.pductũ
qđ est 18.

R.cu.24.m̃.R.cu.6.p̃.R.cu.1 $\frac{1}{2}$
R.cu.576. p̃.R.cu.144.
24. p̃.6.pductũ
qđ est 30.

tiplica 24.in 6.fit 144.& huius R.cu.est numerus secũ
dus ponendus p m̃.si R.cu.6.est p̃.vel econtra vt vides
in Figura:nã si recisum de R.cu.576.m̃.R.cu.144.est p
vltimũ modũ R.cu.R.576.p̃.R.cu.R.36.p̃.R.cu.R.
2 ¼ sed R.cu.R.576.p̃.R.cu.R.36.p̃.R.cu.R.2 ¼ est
R.cu.24.p̃.R.cu.6.p̃.R.cu.1 ½ igitur binomium de R.
cu.24.p̃.R.cu.6.p̃.R.cu.ẽ.1 ½ R.cu.576.m̃.R.cu.144.
qđ erat manifestandum.

Quod si velis meltiplicare R
10.in R.cu.10.m̃.2.tunc qua
dra vtranq; partem & primo
q̃drando R.10.fiet 10,& hoc
est claruz,deinde quadra R,
cu,10,m̃,2, multiplicãdo quã

R.cu,10.m̃.2.
R.cu.10.m̃.2,
R.cu.100.p̃.4.m̃.R.cu
80,m̃.R,cu,80,qđ est
R,cu,640,

libet partẽ in se fiet primo R,cu,100,p̃,4,deinde multi
plica in crucẽ cubãdo 2,habebis m̃,R.cu,80,bis,hoc au
tẽ est æquale multiplicationi p 8,nã duplicare R,cu.80,
est multiplicare p 8.igitur ex tali quadratura ꝓueniet
R.cu.100,p̃,4.m̃,R,cu,640,quare multiplicando hoc
p 10,fiet productũ R.quadrata,V.40,p̃,R,cu,100000,
m̃,R,cu,640000,

160 Massa auri de liga ponderis dragmarũ 10,& habentis
argẽti R,cu,10,valet ducatos 10,& alia massa eiusdem
ponderis videlicet dragmarũ 10,habẽs argẽti R,10,ea-
dẽ ratione valet ducatos 9,q̃ritur valor auri & argenti
hec soluit᷑ p vigesimãquartã regulã 51,capituli i exẽplo
finali abreuiãdo ipsum.pone vt vides & diuide R, 10,p
R,cu,10,exit R,cu,R,10,& hoc multiplica p 10,m̃, R,
cu,10,& p 10,& exeũt R,cu,R, 10000000,m̃,R, 10, &
R,cu,R,10000000,nã hoc est ac si diuisisses p R,cu,10
& post multiplicasses ꝓueniẽtia p R,10, ab his igitur p
dictũ regulã auferes 10,m̃,R,10,& 9,q̃ sunt posita in-
ferius habebis igitur ꝓ diuisore R,cu,R,10000000,m̃,

10.m̄.℞.cu.10.	℞.cu.10.	10
10.m̄.℞. 10.	℞. 10.	9
	℞.cu.℞.10.	

℞.cu.℞.10000000.m̄.℞.10. | ℞.cu.℞.10000000.
10 m̄.℞.10. 9

℞.cu.℞.10000000.m̄.10 | ℞.cu.℞.10000000.m̄.9.

℞.cu.10000000.p̄.℞.cu,℞,10000000000000,p̄,100,

Productum ℞.10000000.m̄.1000.
Recisum ℞.10000000.p̄.1000.

Productum 9000000.& est diuisor.

10,& prodiuidēdo ℞,cu.℞.10000000.m̄.9. quadra igitur p sextum exemplum ℞.cu.℞.10000000. sit ℞.cu, 10000000.p̄.℞.cu.℞.10000000000000.p̄. 100. igitur ꝓductū erit ex extremis videlȝ ℞.10000000. m̄. 1000. quare recisum etiā eius erit ℞.10000000.p̄.1000.& productum erit 900000.q̄ est diuisor,& ideo multiplicabimus primum recisum quod fuit trinomium videlicet ℞.cu.10000000.p̄.℞.cu.℞.1000000000000.p̄. 100. in℞.100000000.p̄.1000.& productū multiplicabimus p ℞.cu.℞.10000000.m̄.9.& q̄ ꝓducit̃ diuidemus per 9000000.& exiens est valor vnius dragme auri puri.

161 Quidā locauit agrū ꝓ

lib.200 ,singulis annis	11	10.200	181 9/11
ad.5.annos & vult oēs	11	10.181 9/11	165 35/121
peccunias in initio loca	11	10.165 35/121	150 350/1331
tionis ,emphiteota vult	11	10.150 350/1331	136 8824/14641
dare ad meritum 10.pro	11	10.136 8824/1464	124 29676/161015
cētū q̄ritur quātū debet			

esbursare.hec posita fuit in qōne octuagesimaprima & vtraqȝ regula soluēdi ē bona attamen quia cecidit modicus error in operando licet leuissimus & quia hic modus ē facilior visum est vt ponerē ipsum q̄a igitur lu

crat 10.p 100.igitur ex 100.facit 110.igit ex 10.facit 11 multiplica igitur 10.in 200.fit 2000. diuide per 11. exit 181 $\frac{9}{11}$ & hoc pōe p primo.deinde multiplica idē 181 $\frac{9}{11}$ in 10.fit 1818 $\frac{2}{11}$ diuide p 11.exit 165 $\frac{35}{121}$ hoc pone p secū do.& similiter multiplica 165 $\frac{35}{121}$ in 10. fit 1652 $\frac{108}{121}$ diui de per 11 .exit 150 $\frac{350}{1331}$ p tertio.similiter hoc multiplica per 10.habebis 1502 $\frac{838}{1331}$ diuide p 11. exit 136 $\frac{8824}{14641}$ pro quarto.similiter pro quinto multiplica 136 $\frac{8824}{14641}$ in 10.fit 1366 $\frac{394}{14641}$ diuide per 11.exibit 124 $\frac{29676}{161051}$ pro quinto tot enim sunt anni locationis iunge hos quinq; redditus vt vides & habebis lib.758 $\frac{25342}{161051}$.

162 Inuenias ℞.de 9.p̄.℞.80.itē ℞.de 8.m̄.℞.60.itē ℞. de ℞.20.m̄.4.itē de ℞.20.p̄.℞.8.superius in capitulo vigesimoquinto declarauimus q tales q̄stiones soluunt p antepositionē ℞.dicēdo q ℞.de 9.p̄.℞.80.est ℞.℞,V 9.p̄.℞.80.nunc autē volo docere modum habendi radices tales apropriatū ex quo etiā rite intellecto habebit modus habendi ℞. binomiorū cubicorum & ℞.℞.& trinomiorum & regula est vna in omnibus exēplis licet appareat variata secūdum diuersitatem exemplorum.

Pro primo igit exemplo dimidia ℞.80. & est diuidere p 4.fit ℞.20.quadra fit 20.diuide 9.in duas partes ita q vna diuisa per alteram fiat 20.& inuenies p centesimā regulā vnā esse 4.aliā 5.horū igit ℞.ligate iūcte sunt ℞ V.9.p̄.℞.80.& erūt L.℞.5.p̄.℞.4.sed quia 4. habet ℞. que est 2.dicemus quod ℞.V.9.p̄.℞.80.est ℞.5.p̄.2.

Et similiter pro secundo exēplo diuide ℞.60 p æqualia fit ℞.15.quadra fit 15.diuide p eandē regulā 8. in duas partes ex quarū multiplicationē vnius in alterā fiat 15. & erūt partes 5.& 3,quare ℞.harum erunt ligate ℞.V. 8.m̄.℞.60.erit igitur ℞.talis L.℞.5.m̄.℞.3.

Et similiter pro tertio exēplo diuide 4 per æqualia fit 2. quadra fit 4.diuide ℞.20.in duas partes ex quarū mul

℞.V.L.℞.5.p̃.℞.1.|m̃.℞.V.L.℞.5.m̃.℞.1.

X

℞.V.L.℞.5.p̃.℞.1.|m̃.℞.V.L.℞.5.m̃.℞.1.

L.℞.5.p̃.℞.1.| m̃: m̃: m̃: L.℞.5.m̃.℞.1.

m̃.℞.V.20.m̃.4.& est ℞.16.

m̃.℞.V.5.m̃.1.

m̃.℞.V.5.m̃.1.

p̃.L.℞.5.p̃.℞.1.
p̃.L.℞.5.m̃.℞.1.
m̃.℞.V.20.m̃.4.

℞.20.m̃.4.

℞.V.L.℞.5.m̃.℞.3. X p̃.℞.V.L.℞.5.p̃.℞.3.
℞.V.L.℞.5 m̃.℞.3. p̃.℞.V.L.℞.5.p̃.℞.3.

℞.5.m̃.℞.3.| p̃: p̃: p̃: .℞.5.p̃.℞.3.

p̃.℞.V.20.m̃.12.q̃ e ℞.8

p̃.℞.V.5.m̃.3.

p̃.℞.V.5.m̃.3.

p̃.℞.5.m̃.3.
p̃.℞.5.p̃.3.
p̃.℞.8.

℞.20.p̃.℞.8.

tiplicatione pducat͛ 4.& fient ℞.5.m̃.℞.1.& ℞.5.p̃.℞.1.accipe igit͛ ℞.harũ partiũ & habebis ℞.V.L.℞.5.m̃.℞.1.& ℞.V.L.℞.5.p̃.℞.1.he igitur simul ligate sunt radix proposita,& quia ℞.20.m̃.4. est ligata per m̃.ligabimus etiam has radices per m̃.ponendo maiorem ante & fiet ℞.V.L ℞.5.p̃.℞.1.m̃.℞.V.L.℞.5.m̃.℞.1. vt igitur videas productionem huius ℞.apposui Figuram. Et similiter in quarto exẽplo diuide ℞.8. p æqualia fit

℞.2.quadra fit 2.diuide ℞.20.in duas partes ex quarũ multiplicatione proueniat 2.& erunt ℞.5.m̃.℞.3. & ℞. 5.p̃.℞.3.accipe igitur ℞.V.harũ partiũ eruntq; ℞.V.L. ℞.5.m̃.℞.3.& ℞.V.L.℞.5.p̃.℞.3.he igitur iũcte vt prius fatiunt ℞.V.L.℞.5.m̃.℞.3.p̃.℞.V.L.℞.5.p̃.℞.3.

163 Inuenias 3.quãtitates cõtinue ꝓportionales & secũda sit 3.℞.cu.agregati prime & tertie,& multiplicationes vnius in alterã oẽs simul iuncte fatiant 12.dices igit᷑ qa secunda est 3.℞.cu.agregati prime & tertie igitur posito agregato prime & tertie 1.cu.erit secunda 3 co.igitur tota summa erit 1.cu.p̃.3 co.& quia diuiso dimidio omniũ multiplicationũ triũ quantitatũ p agregatũ earum exit secunda quãtitas p nonagesimã secundã qõnem solutione prima,igitur diuiso 6.per 1.cu.p̃.3 co.exibit 3 co. igitur multiplicato 3 co.in 1.cu.p̃.3 co. fiet 6. multiplica igitur 1.cu.p̃. 3 co.in 3 co.fit 3 ce.ce.p̃.9 cen. & hoc est æquale 6.quare 1 ce.ce.p̃.3 cen.æquatur 2.quare res valet ℞.V.℞.4 $\frac{1}{4}$ m̃.1 $\frac{1}{2}$ & triplum eius est secunda quantitas & cubus eius est agregatum prime & tertie & hec est Francisci Leonardi de Caligariis cum sequente.

164 Inuenias 3.quãtitates cõtinue ꝓportiõales quarũ secũda sit ℞.cu.agregati prime & tertie & suma quadratorũ omnium sit tripla ei q̃ fit ex secunda quantitate in agregatum omnium,pone quod secunda sit 1 co.igitur agregatum prime & tertie ẽ 1.cu.igitur summa omniũ ẽ 1.cu.p̃.1 co.pro inuenienda aũt suma quadratorũ triũ quãtitatũ cõtinue ꝓportionalium nota hanc regulam. Quadra agregatũ prime & tertie triũ quãtitatũ cõtinue ꝓportionaliũ & a ꝓducto auferes quadratum secunde quãtitatis residuũ ẽ q̃ q̃ris:quadra igitur 1.cu.q̃ ẽ agregatũ prime & tertie fit 1 ce.cu.detrae 1 ce. quadratũ secunde remanet 1 ce.cu.m̃.1 cen. p agregato trium quadratorũ hoc autẽ debet esse triplũ ꝓducto secunde in

totũ agregatũ tale autẽ ꝓductũ est 1 ce. ce.p̃. 1 ce. igit
1 ce.cu.m̃.1 ce. æquatᷣ 3 ce.ce.p̃.3 ce. quare 1 ce.cu. æqua
tur 3 ce.ce.p̃.4 ce. schifando igitᷣ p 1 ce. fiet 1 ce.ce. æqua
lis 3 ce.p̃.4. quare res valet ℞.V.℞.6 $\frac{1}{4}$ p̃.1 $\frac{1}{2}$ quod est 2.
& hec est secunda quãtitas primã & tertiã inuenies esse
8. quia est cubus de 2. igitur fac de 8. duas partes in qua
rũ medio cadat 2. p centesimã regulã habebis igitur.
Primam 4.m̃.℞.12. Secundam 2. Tertiam 4.p̃.℞.12.

165 Queritᷣ quomodo inueniantᷣ duo motores q̃ nunquã iungẽtur in eisdẽ pũctis vsq; in æternũ & dimittẽt infinita pũcta in q̃bus nõ cõiũgentᷣ & vltra hoc dimittẽt in finities infinita puncta in q̃bus nõ cõiungentur he sunt tres conditiones & diciᷣ questio hec q̃stio infiniti de infinito de infinito & est ex libro de misteriis æternitatis. Respondeo igitur quod si sint duo mobilia que perfitiant reuolutiones in temporibus inuicem incommensurabilibus ꝙ talibus eueniẽt p̃dicta omnia, quod enim nõ cõiunganᷣ in eodẽ pũcto vsq; in æternũ patet ex vigesima q̃stione & hoc est primũ. secundu; sic sit quod vnũ moueaᷣ in ℞.7. reliquũ in ℞.5. dierũ & primũ vocetᷣ a secundũ b. & patet ꝙ talia tẽpora erunt incõmẽsurabilia q̃a 7. in 5. nõ ꝓducit numerũ q̃dratũ sint igitur iuncta in pũcto a dico ꝙ nõ cõiungentᷣ in aliquo puncto distãte ab a p partẽ toti comẽsurabilẽ idest nec per medietatẽ circuli aut tertiã partẽ aut quartam & sic in infinitũ cũ igitᷣ sint infinita pũcta distãtia ab a p partes cõmẽsurabiles & in nullo eorũ cõiungentᷣ patet secundũ ꝓpositũ: ex hoc patet tertiũ nã cũ semp cõiungantᷣ in pũctis diuersis vsq; in infinitũ p primã conditionẽ & cuilibet pũcto correspõdẽt infinita pũcta in q̃bus non cõiungentᷣ igitᷣ dimittent infinities infinita pũcta in quibus vsq; in æternũ nõ cõiungentᷣ. nec põt dici ꝙ comensurabilia pũcta vniusᷣ coincidãt comẽsurabilibus alicu-

ſus alterius nã ſic ſequeret̃ ꝙ puncta principalia diſta-
rẽt ꝑ partes comẽſurabiles ꝙ eſt cõtra poſitũ, patet ſe-
quella ex octaua decimi euclidis: ꝙ autẽ nõ poſſint cõ
iungi in aliquo pũcto comeſurabili amplius patet: nã ſi
ſic cõiungant̃ in c. diſtãtẽ ab. a. ꝑ tertiã partẽ circuli in
annis 1000. igit̃ in annis 3000. iterũ cõiungent̃ in a ꝙ ẽ
contra poſita in vigeſima queſtione que fundatur ſuꝑ
decimamſextam decimi euclidis.


Patet igit̃ concluſio ꝙ a & b mouebunt̃ vniformiter in aliquo circulo & nunquã cõiungent̃ in eodẽ puncto ſed cõiunctio eorũ erit diuerſa in infinitũ ita ꝙ in infinitis pũctis cõiungent̃ diuerſis & ꝙ infinita erunt puncta in qbus nõ cõinngent̃. & ꝙ infinities infinita pũcta erũt omnino diuerſa in qbus nõ cõiungẽtur & ita erit infinitũ triplicatũ Ex quo ſeqtur quarta ꝙ ſi eſſent infinita mobilia in eodẽ pũcto quorũ quodlibet moueretur tẽporibus incõmẽſurabilibus alteri, ꝙ vltra ꝑdicta nullũ eorũ vnquã coniungeretur cum duobus ex aliis vſqꝫ in æternũ neqꝫ in vno eodem tempore neqꝫ in diuerſis & hoc fere tranſcendit cogitationem humanam.

Ex his liquet infinities infinita eſſe poſſibilia ſecundum cauſas materiales & ſecundũ effitiẽtes in vniuerſali que tamen nunquam erunt vſqꝫ in æternum & tamen vſqꝫ in æternum nũquam idem aliquid redibit in quo opus abiſſus diuine ſapientie laudatur.

¶ Caput. 67 de geometricis queſtionibus.

1 CVm dixerit duos habeto numeros q tm̃ agregẽt quãtũ multiplicẽt & eorũ quadrata iũcta ſint 24. geometrice. accipe igitur lineam maiorem a. b. & minorem b. c & ponatur a d æqualis b. c igit̃ b. d eſt ℞. 24. æquatur enim quadratis a. b & a. d, quare quadratũ b. e eſt 24. & quadratum a. c ſuperat quadratum b. e, in quattuor trigonis a. b. d

quare in duabus supfitieb⁹ a.d.b.f.sed hec supponitur in numero æqualis a.c linee ꝓpterea ꝙ tm̄ agregāt quā tū multiplicant.a.b & b.c. ideo a.c est ℞.V.24. plus duplo sui met.& est 6. qa cē sus æquat̃ 24.& duabus radicibus.diuide igit̃ 6. in duas partes quarum quadrata sint 24.& erit p quadragesimūnonū capitulum a.b maior 3.p̄.℞.3.& b.c minor 3.m̄.℞.3.& per hunc modum solues alias innumerabiles que sunt in duobus numeris querendis.




2 Cū dixerit qs habita diametro alicuius circuli da mihi areā & latera circūscriptibiliū figurarū tunc ex diametro habes latera cōsimilis figure inscriptibilis ex capitulo sexagesimotertio.deinde quære katetū ad latus figure inscriptibilis q cognoscit̃ p capitulū. 63.verū ad maiorem facilitatem descripsi katetū a cētro circuli circūscribentis ad latus cuiuslibet figure vt vides.Eo igitur inuēto duc semidiametrum circuli in latus figure inscriptibilis:& ꝓductum diuide p katetū:ꝙ exit ē latus figure circūscriptibilis quo inuento


Semidiameter circuli.	5000
katetus trigoni.	2500
katetus quadrati.	3536
katetus pentagoni.	4045
katetus exagoni.	4330
katetus eptagoni.	4504
katetus octogoni.	4619
katetus nonagoni.	4698
katetus decagoni.	4750
katetus vndecagoni.	4797
katetus duodecagoni.	4829
katetus tredecagoni.	4854
katetus quatuordecagoni.	4874
katetus quindecagoni.	4890

habes aream p sexagesimũtertiũ capitulũ. exẽplũ volo areã eptagoni circũscriptibilis circulo cuius diameter ẽ 10. igit᷑ p sexagesimũtertiũ capitulũ erit latus eptagoni inscriptibilis $4\frac{339}{1000}$ & katetus $4\frac{63}{125}$ duco igit᷑ semidiametrum in $4\frac{339}{1000}$ fiunt $21\frac{139}{200}$ diuido p $4\frac{63}{125}$ exeunt $4\frac{3679}{4504}$ & tantum erit latus circumscriptibilis eptagoni quo habito habes aream.


3 Fuit supfities a.b.c.d paralelograma latus b.d.17.d.e. 5.c.e katetus 4. queritur b.f quãta sit. erit igitur angulus c.d.f. æqualis duobus d.e.c & d.c.e per trigesimam secundã primi euclidis. & quia b.d.c & e. sunt recti erit angulus d.c.e. æqlis b.d.f. quare trigoni similes b.d.f. & c.d.e & ex his proportio b.d. ad b.f. vt c.d. ad d.e. est autem d e per quadragesimamsextam primi. 3. ducta in. b.d. fit 51. diuide per c.d. que est 5. exit b.f. $10\frac{1}{5}$.




4 Si sit a.c. latus quadrati inscripti circulo a.c.f. volo cognoscere. Figuram lunarem a.d.c.e. erit enim æqualis aree trigoni a.b.c. eo ꝙ tam semi circulus a.d.c. quam superfities a.b.c.e. est quarta pars circuli a.f.c. Vnde detracta de comuni superfitie a.e.c. remanebit trigonus a.b.c. æqualis lunari superfitiei a.d.c.e. sit igitur diameter a.f.10. igitur quadratum inscriptibile erit 50. quare trigonus a.b.c. erit $12\frac{1}{2}$ & superfities linaris a.d.c.e. erit etiam $12\frac{1}{2}$ precise.



5 Sit Castellũ a.b.c aqua cintũ cuius vnũ latus a c cǒgno
scã & sit 20.pedũ sit autẽ forme triangularis reliqua au
tẽ duo latera a b &
b.c nesciam quan-
ta sint, nec possim
mẽsurare. volo scire
quãte sit magnitu-
dinis area a.b.c po
nã oculũ meũ in di




recto linee a c ita ꝙ murus a.c possit simul p longitu-
dinẽ suã videri deinde elongabo me tm̃ donec gnomo
positus sup d.c respiciat altero latere punctum.b. & sit
punctus ille.d.in quo gnomo vno latere stat sup d.c &
reliquo respiciat punctũ.b.deinde mẽsurabo d.b vt do
cebo infra q̃ sit 24.gratia exẽpli cuius medietatẽ videli
cet 12.multiplicabo in a.c fit 240.& tãta ẽ area trigoni
a.b.c q̃sita Est aũt gnomo Figura capiẽs rectũ angulũ
qua lignarii oẽs vtunt᷑ ad quadrãdas asseres & tabulas



Si autē trigonus ille esset acutorū angulorū constitue gnomonē iuxta angulū oppositū lateri cognito ita q de directo talē angulū respiciat vno latere at altero ꝑpendiculariter respitiat latus. cognitū in extremitate & talē lineā mēsurabis cuius dimidiū multiplicabis in latus cognitū veluti in trigono a.b.c latus a.c sit 20.passus pono gnomonē in d & ita q p vnū latus perpēdiculariter respiciat a.c.p aliud punctum.b.& mensurabo d.c que sit 18.exempli gratia capio dimidiū 18.& est 9.duco in 20.fit 180.area trigoni.

6 Sit trigonus a.b.c qualiscūq forme cuius puta vnū latus sit 10.aliud 8.aliud 4.volo scire in qbus locis cadant kateti per vnā regulā solā & ē centesimaquadragesima sexta quadragesimisecundi capituli & primo a puncto a sup lineā b.c quadra latera cōtinentia punctū & sunt a.b & a.c & fiūt 64.& 16 subtrae minus de maiore remanet 48.diuide 48.p basim q̄ est 10. exit 4 $\frac{4}{5}$ & qa 4 $\frac{4}{5}$ ē minus quā 10.detrae 4 $\frac{4}{5}$ de 10.remanēt 5 $\frac{1}{5}$ diuide 5 $\frac{1}{5}$ p mediū exit 2 $\frac{3}{5}$ & tm̄ distans cadet katetus a.f.a latere minore cōtinentiū pūctū a & ē a.c erit igit f.c 2 $\frac{3}{5}$ & nota q quādo 4 $\frac{4}{5}$ q est exiens ex prima diuisione ē minus basi q̄ opponit angulo.a.aquo trais katetū semp katetus cadit intra trigonū.si vero esset æqualis latus minus ex cōtinentibus esset ꝑcise katetus.si vero exiens esset maius basi katetus caderet extra trigonū tantū distans a minore




latere cõtinentiũ quãtũ est medietas excessus exeuntis supra basim. Exẽplũ volo katetũ a puncto. b. sup latus a. c quadro latera continentia b. & fiunt 100. & 64. detrao vnũ ex altero & remanent 36. diuido p basim id ẽ latus oppositũ angulo. b. a quo volo ducere katetũ & ẽ a. c q est 4. exit 9. & quia 9. est maius quã 4. katetus cadet extra trigonũ detrae igit 4. ex 9. remanent 5. diuide p mediũ exit $2\frac{1}{2}$ & tãtũ distãs cadet katetus a pũcto a. Et similiter volo ducere katetũ a puncto c. sup a. b quadro latera cõtinẽtia punctũ c. & fiunt 100. & 16. detrao 16. ex 100. remanẽt 84. diuido p basim sup quã volo ducere katetũ & est a. b que est 8. exit $10\frac{1}{2}$ & quia hoc excedit 8. kadet katetus extra trigonũ subtrao igit 8. basiꝫ ex $10\frac{1}{2}$ exeũte prouenit $2\frac{1}{2}$ cuius medietas est $1\frac{1}{4}$ & tantum erit distans katetus c. d. a puncto. a. & erit a. d $1\frac{1}{4}$.


7 Et ex hoc habebit qlibet katetus quãtus sit nam detracto quadrato a. d q ẽ $1\frac{9}{16}$ ex quadrato a. c q est 16. relinquit quadratũ c. d $14\frac{7}{16}$ igit c. d est ℞. $14\frac{7}{16}$ & similiter detracto quadrato f. c q ẽ $6\frac{19}{25}$ ex quadrato a. c q ẽ 16. remanet quadratum a. f $9\frac{6}{25}$ quare katetus a. f est ℞. $9\frac{6}{25}$. Et similiter detracto quadrato a. e quod est $6\frac{1}{4}$ ex quadrato a. b lateris contermini trigoni quod est 64. remanet quadratum b. e $57\frac{3}{4}$ cuius ℞. est b. e katetus videlicet ℞. $57\frac{3}{4}$.

8 Et ex hoc habebitur area trigoni nã semper ducta medietate basis sup quam cadit katetus in katetũ quod p ducit est superficies trigoni veluti katetus a. f est ℞. $9\frac{6}{25}$ duco in dimidiũ b. c fit ℞. 231. & ℞. 231. est area trigoni similiter capio katetum c. d qui fuit ℞. $14\frac{7}{16}$ & duco in dimidiũ a. b basis super quam cadit & fit ℞. 231. vt prius & similiter duco katetũ b. e qui fuit ℞. $57\frac{3}{4}$ in dimidium a. c & est 2. fit ℞. 231. vt prius & hic ẽ alius modus mẽsurandi trigonos alius a sexagesimotertio capitulo.

9 Sint due turres vna altitudinis pedū 40. alia 30. distātes pedibus 50. & due aues ab earū summitatibus æqualiter volantes descendant sup planū q̄ro vbi iungent, & ē dicere inuenire punctū inter eas æqualiter distās ab vtraq; summitate. hec similiter fit p centesimātrigesimāsextā quadragesimisecundi capituli quadra 40. fit 1600. quadra 30. fit 900. subtrae 900. de 1600. remanēt 700. diuide p 50. exit 14. detrae 14. ex 50. remanet 36. accipe dimidiū q̄d ē 18. & tm̄ distabit pūctus ille a pede maioris turris.



10 Sint tres turres a.b.c.d.e.f quarū a.b altitudo sit 40. pedes c.d 30 e.f. 70. distantia autē a.b & c.d sit pedū 50. distātia autē a. b & e. f. sit pedū 60. distātia c.d & e.f sit pedū 20. volo ptentorio extēdendo inuenire punctū æqualiter distātē a summitatibus illarū triū turrium in plano In hoc considera maius latus in trigono.b d f. & scis q̄ ex suppo



sito maius latus ē b.f qa est 60. quære igit̄ p modū 10. q̄stionis p̄cedentis punctū in linea f.b æqualiter distā te a summitatibus turriū a.b & e.f & erit distās a puncto f 2 $\frac{1}{2}$ & sit pūctus g. erit igit̄ f.g 2 $\frac{1}{2}$ & similiter quæres p eandē punctū in linea b.d vbi due turres cōcurrūt a.b & c.d æqualiter & ille punctus erit 18. distans a turri a.b & sit l igit̄ dico q̄ cū protraxeris duas ppendiculares sup dicta puncta inuenta videlicet vnā sup g aliā sup l q̄ punctus cōcursus illarū erit punctus æqualiter distās a summitatibus turrium & sit punctus ille k dico igit̄ q̄ k ē inuētus quātū ad operationē geometricā nō tñ ē cognitus arithmetice qa nescio quātū k distēt a pūcto g nec etiā a,b f nec a summitatibus turrium a.c.e. Pro hoc igit̄ sciendo q̄re p septimā q̄stionem huius vbi cadat katetus sup b.f. & inuenies q̄ p 12 $\frac{1}{2}$ distās a puncto f & sit locus vbi cadit, h: erit igit̄ f.h 12 $\frac{1}{2}$ quare g.h erit 10. similiter qa f.h est 12 $\frac{1}{2}$ erit p octauā q̄stionem huius katetus d.h R̸.243 $\frac{3}{4}$ hoc inuē to p eandē centesimātrigesimā sextā regulam quadragesimi secundi capituli sic operaberis. quadra turrim semper ppinquiorē pūcto g quā h & ē e.f & iunge ei quadratū distantie turris idest q̄dratū f.g & fiet 4906 $\frac{1}{4}$ quadra etiā turrim kateti & ē c.d & iunge ei quadratū differentie inter pūctū g æqualitatis & katetum idest quadratū g.h & hec ambo quadrata agregāt 1000. detrae agregatū min⁹ a maiore qualecunq; sit minus, siue primū agregatū siue secundū detrae igit̄ 1000. ex 4906 $\frac{1}{4}$ remanēt 3906 $\frac{1}{4}$ de

e.f	70.	4900
f.g	2 $\frac{1}{2}$	6 $\frac{1}{4}$
		4906 $\frac{1}{4}$
c.d	30.	900
g.h	10	100
		1000

4906 $\frac{1}{4}$
1000
3906 $\frac{1}{4}$
243 $\frac{3}{4}$
3662 $\frac{1}{2}$

inde cōſidera an hoc reſiduū ſit maius quadrato kateti d.h vel minus. Si maius vt hic nā 3906 $\frac{1}{4}$ maius ē quā 243 $\frac{3}{4}$ tūc pūctus k cadet extra trigonū ſemp & tūc detrae quadratū kateti d.h ꝙ ē 243 $\frac{3}{4}$ ex reſiduo ſeruato ꝙ fuit 3905 $\frac{1}{4}$ & remanēt 3662 $\frac{1}{2}$ hoc autē ſemp diuides ꝑ duplum kateti d.h & eſt ℞.975. quadra igitur 3662 $\frac{1}{2}$ fit 13413906 $\frac{1}{4}$ quadra ℞.975: fit 975. diuide 13413906 $\frac{1}{4}$ ꝑ 975 exit 13757 $\frac{133}{156}$ & eius ℞. eſt quātitas g.k. Et ſi voluerimus habere diſtātiā puncti k a puncto f addemus quadratū f.g ꝙ ē 6 $\frac{1}{4}$ & fiet ſumma 13764 $\frac{1}{16}$ & eius ℞. ē diſtātia puncti k, a puncto f. ꝙ ſi vellem diſtātiā pūcti k, a puncto e addam huic ſumme quadratum e.f ꝙ ē 4900 & fiet diſtantia k, a puncto e. ℞.18664 $\frac{1}{16}$ & hic modus ſatisfacit quando reſiduum eſt maius quadrato kateti & facit punctum k eſſe extra trigonum.

Quod ſi punctus k caderet intra ipſum vt in exemplo Fratris Luce ponat᷑ d.f.13.d.b.15.f.b.14.f.e.14 $\frac{1}{2}$.c.d 12 $\frac{1}{2}$ a.b.13 $\frac{1}{2}$ erit f.g.6.g.b.8.f.h.5. ſic enim inueniuntur per ꝑ̄dictas regulas f.h & f.g quare h g. erit 1, & d.h erit 12. quadra igit᷑ vt prius turris a.b. altitudinē, quoniā ē ꝓpinquior pūcto æqualitatis. g. quā kateto. h. ſicut in ꝑ̄cedēti Figura latus ꝓpinquius æqualitati g. quā kateto d.h. fuit e.f. turris, quadro igit᷑ turrim a.b. & fit 182 $\frac{1}{4}$ quadro b.g. fit 64. iunge fiunt 246 $\frac{1}{4}$ quadro ſimiliter c.d. que eſt turris kateti vt etiā in ꝑ̄cedēti exēplo adiungendo ei quadratū differētie h.g. vt prius & fit totum

157 $\frac{1}{4}$ detrao ex 246 $\frac{1}{4}$ remanent
89. qa igit̃ 89. nõ est maius sed mi
nus quadrato kateti d.h. nã qua
dratũ d.h. ẽ 144. q̃ ẽ maius quã
89. Ideo indicat punctũ k cadere
intra trigonum quare tũc diuide
89. p 12. & ẽ quãtitas kateti d.h.
exit 7 $\frac{5}{12}$ hanc detrae ex d. h re-
manent 4 $\frac{7}{12}$ diuide per æqualia
exit k.g 2 $\frac{7}{24}$ quesita. Et vt vides
operatis p cẽtesimãtrigesimã sex
tã regulã quadragesimisecundi
capituli in vtroq; casu sed differẽ
ter & nũquã fallunt hi modi mõ
operis distincte inter ipsos & nõ cõfundas nã pluribus
modis põt ꝑponi hec qõ & sp reducit̃ ad alterũ istorũ.

a.b	13 $\frac{1}{2}$	182 $\frac{1}{4}$
b.g	8	64
		246 $\frac{1}{4}$
c.d	12 $\frac{1}{2}$	156 $\frac{1}{4}$
h.g	1	1
		157 $\frac{1}{4}$

246 $\frac{1}{4}$
157 $\frac{1}{4}$
89
12
7 $\frac{5}{12}$
4 $\frac{7}{12}$
2 $\frac{7}{24}$

11 Quidã fecit vestem ex pãno cuius latitudo sit br. 2 $\frac{1}{2}$ ve
stis longitudo br. 2. latitudo in fundo br. 10. in summita
te br. 1. multi soluunt & male fac igit̃ vt colligit̃ ex de-
monstratione nostra sup decimãnonã quinti euclidis in
libro secundo annotationũ sup euclidẽ hoc mõ q gene
ralis est omnibus vestibus existẽtibus sine sutura p latũ
idest q̃ nõ habẽt bustũ vt dicũt vulgariter valet igitur
hec rõ in togis vt sunt vestes venetorũ & paliis & lacer
nis & generaliter in omnibus vesti-
bus longis & breuibus quas homi-
nes portant extra domum detrao. 1
ex 10. remanẽt 9. dico p regulã 3. si 9
facit. 1. qd fatiet 2. & facit $\frac{2}{9}$ addo ad
2. q̃ est longitudo fit 2 $\frac{2}{9}$ multiplico
2 $\frac{2}{9}$ in dimidiũ 10. q̃ ẽ 5. fit 11 $\frac{1}{9}$ & si
militer multiplico $\frac{2}{9}$ in dimidiũ. 1. q̃ ẽ
$\frac{1}{2}$ nã idest fuit latitudo superior fit

10	1	2	2 $\frac{1}{2}$
$\frac{1}{9}$	1	2	$\frac{2}{9}$
2	$\frac{2}{9}$	$\frac{1}{2}$	
5		$\frac{2}{9}$	
11 $\frac{1}{9}$		$\frac{1}{9}$	
$\frac{1}{9}$			
11			

$\frac{1}{9}$ detrao $\frac{1}{9}$ ex 11 $\frac{1}{9}$ remanent 11. diuido 11. per 2 $\frac{1}{2}$ & est latitudo panni exeunt 4 $\frac{2}{5}$ & tantum panni in est palio illi videlicet br. 4 $\frac{2}{5}$.


Si vero sit vestis composita vt petasus ex parte quadrata supra toracem & rotunda infra quære partem inferiorem per viã descriptam & superiorem p viã quadrati idest multiplicando longitudinem in latitudinem deinde iunge omnia & diuide per latitudinem panni.

Exemplũ petasus ex pãno latitudinis br. 2. in parte inferiore latus br. 9. in superiore vbi annectit cingulo & reliquę parti thoracis latitudo est br. 5. lõgitudo autem a cingulo ad finẽ est br. 1. pars autẽ superior ex vtraq; parte lata br. 2. & longa $\frac{3}{4}$ volo scire quãtum panni cõtineat pro inferiore fac vt in precedente detrae 5. a 9. remanẽt 4. deinde dic si 4. pducit 5. qd pducet 1. & pducet 1 $\frac{1}{4}$ adde ad 1. fit 2 $\frac{1}{4}$ multiplica 2 $\frac{1}{4}$ in 4 $\frac{1}{2}$ fit 10 $\frac{1}{8}$ multiplica 1 $\frac{1}{4}$ in 2 $\frac{1}{2}$ fit 3 $\frac{1}{8}$ detrae 3 $\frac{1}{8}$ ex 10 $\frac{1}{8}$ remanẽt 7. p inferiore parte deinde p supiore multiplica 2. quod est latitudo in $\frac{3}{4}$ quod est longitudo fit 1 $\frac{1}{2}$ adde ad 7. fit 8 $\frac{1}{2}$ diuide p 2. quod est latitudo panni exit 4 $\frac{1}{4}$ & tot brachia habet petasus ille.


9	5	1	2
4	5	1	1 $\frac{1}{4}$
	2 $\frac{1}{4}$		1 $\frac{1}{4}$
	4 $\frac{1}{2}$		2 $\frac{1}{2}$
	10 $\frac{1}{8}$		3 $\frac{1}{8}$
	3 $\frac{1}{8}$		
	7		
	7		$\frac{3}{4}$
	1 $\frac{1}{2}$		2
	8 $\frac{1}{12}$		1 $\frac{1}{2}$
	2		
	br. 4 $\frac{1}{4}$		

12 Quidã volebat scire latitudinẽ fluminis nõ potẽs ptrãsire eũ. scias q̃ mẽsura p instrumẽta in hoc & aliis trib⁹ sequẽtibus q̃stionibus fit p astrolabiũ & p q̃drantẽ & p vmbrã solis & per speculũ & p virgulã & p baculuz iacob sed nihil melius nihil certius nihil facilius aut exactius aut pluriũ vtilitatũ quã instrumentũ dictũ gnomo viuens, appellari debet sic qm̃ & quadratus est & p

se stat forma igit᷑ eius talis. est fatias quadratã tabulam pfectã longitudinis vnius passus vel dimidii passus vel $\frac{1}{4}$ nã aliter indigeres laboriosa supputatione & sit ille a. b.c.d. & diuidemus latera omnia gnomonis in quot quot voluerimus partes vt pote.120.vel.300.vel.600.si sit magnus in.600.idest si sit vnius passus vel duorũ si $\frac{1}{2}$ passus diuidemus in.300.si exiguus in.120.partes æquales deinde in latere opposito in puncto c.figemus lineã a.d rectissimã ex calibe ita q̃ mediũ talis linee sit precise in linea a.c & ideo opportet vt clauus qno infigitur sit fundatus ꝑ dimidio in additamẽto quodã paruo extra lineã a.c vt vides ꝑ dimidio in quadrato a.b.c.d.& sit linea a.d lata parũ vt nõ flectat᷑ & sint sup eã pinnule due altera super.a.altera super d & sint sicut pomoli acus, & sit diuisa in partes æquales etiã vt sunt b.d & c. d ita q̃ si c.d ponit᷑.120.ponemus a.d 169 $\frac{1}{2}$ si sit c.d.300 ponemus a.d.424 $\frac{1}{4}$ si vero ponat᷑ c.d.600. ponemus a




d 848½ & sint signate diuisiones a pūcto c versus .d. & a,b. versus d. ad.5.ad.5.p numeros suos ita vt 5. sit iuxta c &,120.vel.300.vel.600. sit iuxta punctū d. & similiter ab a versus b & c ,pcedant & fatiā in punctis a.b.c.d. ,pminentiā ad modū exiguā cui possit annecti filū cuȝ modico plūbi ita vt si figā ipsum sup planū vt iacet ponā filū in pūcto a si igit̄ filū heret lateri a.b tūc gnomo viiiens ē erectus ppendiculariter sup planū si autē non heret æquidistanter sed in vna parte magis remouetur filū a linea a.b quā In alia tūc nō stat ppendiculariter sup planū & operatio tua erit falsa adde etiā tabulā a parte posteriore vt possit qescere sup ipsum a lateribus b.d & a.b. Hoc facto volo scire latitudinē fluminis pono gnomonē in plano p lineā b.d & pono oculū semp ad punctū a & moueo regulam a.d versus c donec per ambas pinulas videā ripā alteram fluminis & noto numerū vbi est regula & p hūc diuido numerū in medio



quadrātis & exiēs sunt tot passus. Exemplū sit gnomo p̄dictus longitudinis ½ passus diuisus in partes 300. secūdū duo latera p̄dicta quare cū 300. in ½ ductum faciat 150. signabimus 150. in medio gnomonis & ita si fuisset longitudo ¼ passus & diuisio in 300. partes signaremus in medio 75. & ita de reliquis cadat igit̄ a.d linea sup 5 in puncto.e.qñ video ripā fluminis diuido 150.p 5.exit 30.quar̄ tot passus erit idest passus 30. latitudo fluminis.

Et ponamus ꝙ velis scire altitudinē turris f.g te existente in puncto b. & absq̧ cognitione distantie b.g. a pede turris q̄ posses scire si velles p p̄cedentē sed ad qd post possumus facere vnū absq̧ altero & etiam qa accidit



q̄ nõ possumus videre pedẽ turris tunc igitur fige punctũ b sup planũ vt pote sup tripodem ita vt linea c.d respitiat cacumẽ turris nã hoc est generale vt semper latus c.d respiciat rẽ quã volumus cognoscere siue alta sit siue profunda deinde inclinabo latus b.d ita vt p ipsum possim videre sumitatẽ turris posito oculo in b deinde fixo instrumẽto pono oculũ in a & moueo a.d donec p pinulas eius videam summitatem turris f & sit tunc regula in e diuide igitur 150.per c.e que sit 4.gratia exempli habebis b.f passus 37 $\frac{1}{2}$.

Pono iterũ gnomonẽ in plano b.g ita vt punctus a cadat super punctũ b & linea a.b cadat sup lineã b.g & videbo p ad punctũ f.& videbo quãta sit b.e q̃ sit gratia exẽpli 340.dicã igit̃ si 340.ꝑducit 37 $\frac{1}{2}$ qd producet 300.& est a c.duc 37 $\frac{1}{2}$ in 300.fiunt 11250. diuide p 340. exit 33 $\frac{15}{17}$ & tanta erit altitudo turris f g ponemus etiã a.g cognitã detracto quadrato f.g ex quadrato a.f relinquet̃ quadratũ a.g vel p regulã 3.dicẽdo si a.e que ẽ 340.ꝑducit a.f q̃ ẽ 37 $\frac{1}{2}$ qd ꝑducet c.e que sit 160. duc 37 $\frac{1}{2}$ in 160.fit 6000.diuide per 340.exeunt 17 $\frac{11}{17}$ & tãta erit a.g & ita venatus es altitudinem turris & distantiam vnica operatione.

Animaduertequod semper a.c vel b.d referunt altitu-

dinem turris quoniã sunt æquidistãtes ei. a b vero & c d longitudinē plani a g siue distãtiam a turri quia linee a.b & c.d sunt vna cum linea a.g vel æquidistant ei.

Animaduerte secũdo ꝙ linea a.d cadit aliquãdo non suplineã c.d sed sup lineã b d, & hoc est quãdo distantia a.g maior ē altitudine f.g vt vides hic quandoqꝫ cadit supra pũctum d ꝑcise & tunc a.g distantia æqualis ē f.g altitudini si vero altitudo f g sit maior distantia a.g tũc a d linea cadit sup lineã c.d si igitur caderet vt hic linea a.d sup e & foret b.e.160. dicã vt prius vbi a.e sit 340 si 340. ꝓducit 37 $\frac{1}{2}$ vbi a.f sit 37 $\frac{1}{2}$ qd ꝓducet b.e.q̃ est 160. duc 160. in 37 $\frac{1}{2}$ fit 6000. diuide per 340. exit 17 $\frac{11}{17}$ & tanta erit altitudo turris. & similiter dices si 340. producit 37 $\frac{1}{2}$ quid producet a.b q̃ est 300. multiplica 300. in 37 $\frac{1}{2}$ & fiet 11250. diuide p 340. exit 33 $\frac{15}{17}$ & tanta erit distantia a.g.


Et ex hac sciemus distantiam aut altitudinem turris supra montem existentis quere altitudinem montis p hãc & altitudinē turris cum monte per eandem subtrae primam a secunda & remanebit altitudo turris.

Et similiter p hanc scies duas turres quarum non vides nisi sumitatem quantum distent ab ymo nam pones te in vna linea recta cum illis & visa summitate cognosces distantiam vt pote a.g quanta sit & a.h quãta sit p eandem vnde detracta a.h ex a.g remanebit g.h.

Et similiter cognosces hoc facilius ex precedente decimatertia questione vbi puncta h & g videri possent.

534

14 Et si qs existēs in summitate mōtis videat aliquē lacū velit cognoscere latitudinē lacus itē verā altitudinem mōtis & hoc est pulcrū & nō possit tñ videre ymū mōtis qa mōs est accliuis tūc sic faciemus q̄remus a. f quāta sit p modū decimequarte questionis inclināndo gnomonē & sit puta 100. passus deinde erigā gnomonē ppendiculariter sup supfitiē mōtis mediāte plūbino posito in pūcto a & mouebo regulā a d ita vt p pinulas videā pūctū f & sit a.e 340. & b.e 160. dicā igit̄ si 340. producit 100. quid producet 160. duc 160. in 100. fit 16000. diuide per 340. exit $47\frac{1}{17}$ & tanta ē altitudo mōtis ppēdiculariter sumpta &




similiter dices si 340. pducit 100. qd producet 300. duc 300. in 100. fit 30000. diuide 30000. p 340. exit $88\frac{4}{17}$ & tāta erit distantia k.f sed dices volo f h & nō k.f. dico similiter queres quanta sit h.k eodem modo vnde detracta h.k ex k.f relinquetur h.f latitudo lacus.

Nota quod vbi k.f esset minor altitudine mōtis a.d linea non caderet super lineam b.d sed super d.c & operareris vt prius ponendo a.c altitudinem montis & c.e post modum esset distantia.

15 Et si velles cū hoc scire altitudinē turris f m inuenires vt prius lineā a.m quāta esset & similiter a.f deinde pones latus a.b sup lineā a.m ita q̄ p illud latus videas pūctū m & pones stante a.b fixo regulam a.d ita vt p ipsam videas pūctū f deinde q̄re in linea a.b numerū pportionalē a.m & in a.e pportionalē a.f & sit a.m 90. erit igit̄ in a.b 90. assumēdū & in a.e 100. mēsurabo cū circino quanta sit linea transuersalis manente a d fixa in pūcto e p quē videres pūctū f & quot diuisiones ca

piet circinus in vna linearū vt pōte in a.b vel a.d nihil refert tanta erit m.f turris altitudo vnde si linea transuersalis sit 17.& 17.passus erit altitudo f.m.

16 Quod si ꝓponat̄ latitudo in terra & velim scire quanta sit me existēte in terra vel in cacumine montis vel sim in terra & velim scire quātū distēt cacumina duarū turriū in omnibus scies vtriusq͡ʒ termini quātitatē linee visualis vt pote volo scire quāta ē latitudo linee g.f capio longitudinē linee a.g siue a sit in plano siue sup montē & similiter longitudinē a.f eodē mō sit igit̄ a.g 100.a f 160.capio tūc gnomonē a.b.c.d & pono a.b latus sup lineā a.g idest ita cōstituo vt p lineā a.b videā pūctum g.& dirigo a.e sup a.f erit q͡ʒ vt posito oculo in a videā per pinnulas a d,punctū f capio igit̄ a.h que sit 160.vt est a.f & capio a.k q̄ sit 100.vt est a.g erit igitur mēsurando a pūcto h in k & sit 110.linea f.g 110.q͡ꝫ ē intentū.& hoc seruit omnibus distantiis latitudinalibus q̄rendo semp longitudinē radii visualis vtriusq͡ʒ termini deinde supponendo latus a.b vel a.c prout cōtigerit vni radio & post regulā a d extendendo super alium radium ita vt ponendo oculum in a videas vtrūq͡ʒ extremum linee g.f alterum per lineā a, b vel a.c alterum per lineam a.d.




Quod si cōtigerit partes a.h & a.k maiores esse numeris designatis vt pote 400.aut 500.tunc cape ꝓportionatas partes exēplū sit a.f 700.a.g 400. capia₃ a.h 70.

& a.k 40. & sit tunc h.k 50. dicam igitur si 70. producit 700. quid producet 50. & producet 500. & tanta erit g f regula igitur est generalis de latitudinibus.

17 Et si volueris habere ꝑfunditatē putei h g pones instrumētū erectū ꝑpendiculariter sup b.h & posito oculo in a videbis a.g & sit b.h passus 2. & b.e partes 30. multiplicabis 2. in totā longitudinē quadrātis & ē 300. fit 600. diuide ꝑ b.e q̄ est 30. exit 20. & erit altitudo a.f passus 20. aufer igitur a.b q̄ est passus ½ remanebit h.g passus 19 ½ in omnibus autem operationibus meminisse oportet gnomonis addendi aut minuendi prout oportebit si precisionem magnā curas maxime si gnomo sit magnus.

18 Sit planta f.g inclinata vt vides sup planū cuius volo scire altitndinē & distantiā pedis idest pūcti g. a puncto a in quo sum & etiā inclinationē ipsius plante sup planum idest angulū f.g a & suppono ꝙ pes plante idest pūctus g nō possit videri hec ē pulcra q̄stio pono gnomonē vt vides ita ꝙ vi



deā pūctū f & p decimāquartā q̄
stionē sciā quāta erit f.l & l.a eo ꝙ
punctus f est respectu puncti l vt
sumitas turris eo ꝙ f.l ē ppendicu
laris sup planū & sit f.l 50.& l.a 56
deinde accedo vel recedo a pun-
cto l magis donec videā aliū pun-
ctum in linea f.g & sit h non curans scire quāta sit f.h
& sit punctus ille in quo ero iterū pūctus a versus l &
ppinquior & sit tunc h k p decimāquartā q̄stionē 42.
& a.k 32.cui addo distātiā a pūcto a primo ad punctū
a secundū & sit 30.& fiet a.k tota 62.subtrao igit a.l ex
a.k fiet 6.subtrao h.k ex f.l fit 8.multiplico 8.in se fit 64
multiplico 6.in se fit 36.iungo simul fiūt 100.cuius ℞.ē
10.videlicet longitudo h.f deinde dic p regulā 3.si 8.p-
ducit 50.qd pducet 10.multiplica 10.in 50.fit 500.diui
de p 8.& fuit residuū duarū altitudinū exit 62 ½ & tāta
ē f.g deinde multiplica f.g in
se q̄ est 62 ½ fit 3906 ¼ multipli-
ca f.l in se fit 2500.detrae 2500
ex 3906 ¼ remanēt 1406 ¼ & ℞
eius q̄ est 37 ½ ē longitudo g.l
q̄ addita ad l.a q̄ fuit 56.fiet to
ta a g 93 ½ ex his p tabulā de
corda & arcu cognoscit quan
tus sit angulus g eo ꝙ supponi
tur arcui cuius corda est f.l in
circulo cuius diameter est f.g.

f.l 50
h.k 42
f.m 8

l.a 56
a.k 32
a.a 30
a.k 62
l.a 56
k.l 6

f.m 8 64
k.l.6 36
100
℞.100.ē 10.f.h

f.m 8
f.l 50
f.h 10
500
8
f g. 62 ½

f.g 3906 ¼
f.l 2500
1406 ¼
g.l 37 ½


Vnde per regulam 3.si f.g que est 62 ½ esset 120.qd esset
f.l que est 50.& esset 96.& angulus g supponeretur ar-
cui cuius corda esset 96.

19 Pro summa siue deffectu vasorū vinariorū id est quātū
defficit vini in vase ad implendū ipsum sic facito sit gra

538

tia exẽpli vas vinariũ a.b.c.d.& sit lõgitudo a.b.28.& altitudo in medio 18.& in extremis 8.quare cũ voluerimus scire capacitatẽ iungemus 8.cũ 18.& fiet 26.& huius accipiemus dimidiũ ꝙ ẽ 13.& quadrabimus & fiet 169.Et hoc multiplicabimus ꝑ 28.& fiet 4732.tot igitur cõtinebit brẽtas & partes brẽte quotiẽs numerus brente expertus a te cõtinebit in hoc numero & hoc ꝑ secũdũ modũ sciendi cõtinentiã vasorũ vinariorũ q magis deseruit ad sciendũ deffectũ vini in vase quã primus licet primus sit absolutior.ponamus igit gratia exempli 676.facere vnã brentã igit hoc vas cõtinebit brentas 7 detrao a.c q̃ ẽ 8.ex c.f que ẽ 18.remanet 10.& hoc diuide ꝑ æqualia fit 5.Et hec ẽ longitudo e.g erit igit e.g 5. g.h.8.f h.5.Et secundũ hoc diuidet vas in tres partes quarũ due sunt omnino similes videlicet e.a.b.Et c.f.d tertia pars ẽ cæteris dissimilis videlicet a.b.c.d. Cũ igit vis scire deffectũ vini vel vinũ defficit tantum vsq; ad g puta in m vel in g.Et tunc operaberis ꝑ vnã regulã sciẽdo qd deest vel vinũ ascendit supra h.Et infra g & tũc q̃remus deffectũ e.a.b.deinde deffectum infra g. Et sit gratia exempli a.b.n.o.& adiiciemus cũ e.a.b.Et sciemus quãtũ defficit ꝙ si deffectus fuerit infra h sciemus ꝑ modũ deffectus e.k.l.precise quãtitatẽ vini ꝑ.f.q quãobrem sciemus etiam ꝙ defficit ex vino in toto vase.

